DISSERTATIO JVRIS FEVDALIS
DE
EXCVSSIONE ALLODII ANTE FEVDVM



QVAM

SVB

DN. HENRICI HILDE-BRANDI D.

REIP. NORIC. CONSIL. ET PAND. PROF. PVBL.

FAVTORIS ET HOSPITIS SVI DEBITA OBSERVANTIA COLENDI

PRÆSIDIO

PVBLICE VENTILANDAM PROPOSVIT


AVTOR

CASIMIRVS GODOFREDVS DE BEVST

EQVES SAXONICVS.

ALTDORFI LITERIS JOD. WILHELM. KOHLES, V. T.
IX. CAL. MAJI, cIɔ Iɔ ccxii.

12.



C. D.

CAP. I.

Agit de eis, quæ circa Excussionem Allodii in genere sunt considerata.

§. I.



MVltum sane interesse constat, num successor feudi principaliter, oppido ac statim ad debiti exsolutionem, ex re feudali teneatur ac conveniri valeat, an demum in subsidium & deficientibus bonis allodialibus; hæc omnino attendenda distincta consideratio, non solum maxime necessaria & utilis est, sed & diversam operatur ubique obligationem: nam principaliter ac simpliciter Vasallo onera sive debita ex feudo si veniunt

Loco ingressus diversitas debitorum feudalium indigitatur.

niunt subeunda ac solvenda, ea ipsius rei feudalis intuitu constituta ac contracta esse oportet. Ast si subsidiali Vasallus nexu obstringitur, non aliam ob rationem debita ex feudo solvere obligatur, quam ob singularem causæ ac æquitatis alicujus favorem, qui efficit, ut deficientibus demum bonis allodialibus, ad feudalia perveniatur bona. Hinc illa debita, quæ Vasallo incumbunt extinguenda ex feudo principaliter, ante excussionem rerum hæreditariarum sive allodialium, ex bonis feudalibus simpliciter præstantur, tam jure Communi. Alb. Brun. *Cons. 104. vol.* 1. Bocholt. *p. 2. cap. 7. n. 94.* Berlich. *p. 2. concl. 55. n. 57. 61. & 64.* quam jure Saxonico. Heig. *p. 2. qv. 20. n. 43.* Richt. *Dec. 78. n. 15. &* 17. id quod expresse patet ex *Const. Elect. Sax. p. 2. const. 46.* in verb. Sollen solche Schulden durch die Lehns-Folger aus dem Lehn-Gut vergnüget / und die Land-Erben damit verschonet werden. Carpz. *ad banc constit. def.* 7. ibi in præjudicio subjuncto: aus solchem Lehn alleine bezahlet / und die Land-Erben bleiben darmit billig verschonet. Idem à Scabinis Lipsiensibus ad consult. Rudolph. und Günthern von Bünau / mens. Jan. Ao. 1563. responsum fuisse, testatur Mod. Pistor. *p. 3. qv. 120. n. 7.* Ea vero debita, ad quæ ex feudo Vasallus in subsidium tenetur, nonnisi excussis demum bonis allodialibus exsolvuntur. Berlich. *cit. p. 2. concl. 55. n. 39. & 70.* Carpz. *J. P. F. p. 2. const. 46. def.* 16. in præjudicio: Weilen allem Ansehen nach / die Erbgüter zu Bezahlung der Schulden nicht zureichen / so seynd die Lehens-Folger denen Töchtern die alimenta aus den Lehen zu reichen schuldig. In hac ergo obligatione sub-

subsidiaria fundatur præsens nostra Excussio Allodii, ante feudalium bonorum excussionem facienda, quæ, quando debita ex feudo ut onera feudi, & non vasalli, ceu probe notat laudatus Berlich. *p. 2. concl. 55. n. 81.* petuntur, per modum exceptionis opponitur ad eum effectum, ut cogatur creditor prius hæreditariorum bonorum excussionem subire, antequam ex feudo satisfactionem suam efflagitare queat. Schrad. *de feud. p. 7. cap. 7. n. 42.* Mev. *consil. 52. n. 103. & 105. & p. 5. decis. 364.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. cap. 18. n. 11.* Rauchbar. *p. 1. q. 44. n. 3.* Carpzov. J. *P. F. p. 2. const. 46. def. 16.* Bursat. *cons. 81. n. 27. vol. 1.* Struv. *Syntagm. Jur. Feud. cap. 14. aph. 4. & 5.* Richt. *decis. 78. per tot.*

II.

Antequam autem ulterius progrediamur, variæ acceptiones vocis: Excussionis, sunt præmittendæ, ad morem veterum Jure-Consultorum, qui in Etymologia nominum enucleanda, haud parum solliciti fuerunt, ceu constat ex *L. 1. §. 1. ff. de Offic. Quæst. L. 1. ff. de furt.* Accipitur autem verbum excutere multifariam, sic dicimus, excutere cimen, i. e. investigare, examinare crimen. *L. 1. C. de Appell.* excutere expensam, h. e. supputare, quantæ sint expensæ *L. 60. §. 4. ff locat* rationes diligenter excutere, h. e. inquirere in rationes, an legitime sint consignatæ. arg. *p. 59. §. 2. ff. de man. test.* summam excutere. i. e. exigere, urgere solutionem arg. *L. 29. §. 2. ff. mandat.* aliquando vero excutere denotat excusare, ut in *L. 46. §. cum testamento. 6 ff. de administr. tut.* plerumque autem excutere pro in debitorem inquirere sumitur,

variæ acceptiones vocis: Excussionis, adductæ

 ita

ita ut excutere nihil aliud sit, quam facultates alicujus investigare, quales & quantæ illæ sint, ut sciatur, an quis sit solvendo, nec ne. Senec. *L.* 1. *de benef. L.* 2. *ff. si quis omiss. caus. testam. L.* 1. *§. si inter, ff. de Magistr. conv. L.* 1. *Cod. de revoc. iis, quæ in fraud. cred. L.* 42. *ff. mand.* Hering. *de fidejussor. cap.* 27. *p.* 1. *n.* 4. Valent. Francus. *de Fidejuss. cap.* 5. *n.* 144.

III.

Significatus vocabuli allodii explicatur.

Præmissa significatione diversa vocis excussionis nominalis, operæ pretium nunc erit, ad majorem Definitionis evidentiam simul adducere, quid sibi velit heic Allodii vocabulum, hoc communiter feudo opponi solet. arg. 2. *Feud.* 17. *§.* 1. ea vox barbara est, & de ejus origine ac natalibus nihil certi constat, dum quidam doctores ejusdem originationem ex lingua Gallica, quidam ex germanica, quidam ex græca; alii vero ex belgico idiomate trahere satagunt; sed omnia, quæ circa eandem explicandam proferuntur, mera ac nuda in divinatione consistere videntur. Quam varia ergo originatio illius vocabuli esse tradatur, tam varia ejusdem acceptio statuitur. Alii proinde Allodium pro quovis fundo seu agro accipiunt, uti ex Ebrardi Bethuniensis *in Græcism. cap.* 12. & aliis probat Carol. du Fresne *in Gloss. sub voce. Alodis.* Alii vero allodium pro re immobili libera, quæ nullo feudali nexu alteri obligata est, accipiunt. vid. Tabular. Vindocin. de A. 1077. Aliis porro allodium simpliciter proprietas & hereditas, sive hereditarium patrimonium ad quosvis hæredes transeuns est. 1. *Feud.* 4. §. 2. II. *Feud.* 29. 42. 44. 45. 48. 51.

48. & 51. Theodor. Reinck. *de retract. consanguin. qu. 3. n. 36.* quibus conveniunt alii, qui istud proprium cujusque patrimonium vocant. Bald. *ad cap. un. §. inter filiam. n.* 1. *si de feudo fuerit controv.* Matth. de Afflict. *ad d. cap. n. 6.* Borcholt. *in Comment. ad consf. feud. p. 66. n.* 13. sive tale, quod a nullo recognoscitur, seu res libera, quam quis a nemine tenet, sive recognoscit, nisi a Deo, & in qua quis plenum habet dominium. Carolus Molinæus *in Consuet. Parisiens. tit.* 1. *§. 68. n.* 1. Tib. Decianus *volum.* 3. *Resp.* 19. *n.* 193. Mascard. *de probat. volum.* 1. *concl.* 79. *num.* 1. 2. Vincent. de Franchis *decis.* 131. *n.* 11. Duar. *de feud. c.* 21. *n.* 9. & 10. Jo. Petr. Surd. *d.* 3. *cons.* 384. *n.* 21 Pruckmann. *L.* 1. *cons.* 27. *n.* 199. Goth. Anton. *Diss. Feud. D.* 1. §. 2. Baldus *ad text.* 2. *Feud.* 54. Fr. Fulgin. *de Emphyt. tit. de Contr. Emphyt. qu.* 25. *n.* 3. Cui acceptioni & nos heic quidem accedimus, sed statim adjiciendum putamus, quod hæc dispositio in allodio, duntaxat sit intelligenda respectu dominii ubique privati. *L.* 21. *C. mand.* non vero respectu dominii universalis ac territorialis, cui in nostro imperio etiam allodia subsunt. Andr. Knich. *de Territ. cap.* 1. *n.* 11. & *seqq.*

IV.

Enodatio feudalium bonorum.

Quid sibi velint Bona Feudalia late heic explanare non erit opus, cum cuivis fere constet, quod sint bona talia, quæ alicui sub nexu fidelitatis, utilis dominii jure utenda sunt concessa à domino directo, ceu ex Feudistis palam est, unde bonis hereditariis sive allodialibus, denen eigenthümlichen Erb-

und

und Allodial-Gütern / hæc bona feudalia contradistinguntur, ut res plane aliam qualitatem & indolem habentes, ceu Struv. *in Appendice Synt. Jur. feud. quænam res sint allodiales, quænam feudales? per tot.* Eyben. *in Electis juris feud. cap. 6. §. 3.* Schilt *Instit. feud. c. 1. §. 1.* & Anton. *de Feud. Disp. 1. th. 2.* exponunt.

V.

Descriptio Excussionis allodii.

Considerato diverso vocum significatu, nunc quoque ad ipsam Descriptionem realem nobis procedendum erit, quod nimirum præsens Excussio Allodii, antequam ad feudalia bona perveniatur, sit remedium sive exceptio, Vasallo ad debita ex feudis solvenda convento ad id competens, ut prius solutio ex bonis hereditariis sive allodialibus, quam ex feudis exigatur. Mev. *p. 2. Decis.* 122. *& consil. 52. n. 103.* Fab. *in Cod. Sab. lib. 6. tit. 11. de fin. 4.* Berlich. *p. 2. concl. 55. n. 40. & 49.*

§. VI.

Jus Excussionem allodii fundans heic adducitur.

Cæterum hæc nostra Excussio fundamentum suum habet in jure Feudali, non quidem ubique Longobardico, sed consuetudinario in universam recepto, & cumprimis Provinciali scripto Saxonico, quia ibidem nexus bonorum feudalium subsidiarius expressa *Constitutione Electorali p. 2. c. 46.* fundatur. Jure enim Communi feudali onera feudi, debita fere solum illa esse videntur, pro quibus feudum debito modo extat oppignoratum, sic debita legalia isti juri ac potissimum Longobardico, parum cognita deprehendebantur, exceptis casibus meliorationum. 2. *F.*

28. §.

28. *§. si Vasallus.* 2. *F.* 8. *§. e contrario*, & alimentorum inhabili ad succeſſionem feudalem præſtandorum. 1. *F.* 6. *§. mutus.* 2. *F.* 36. Sed moribus Germanicis, ac præcipue LLbus feudalibus Saxonicis, juxta rationem æquitatis ſunt demum admiſſa. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 25. & 46. eo jure etenim varia feudalia onera ſunt recepta, & cumprimis Electorali Conſtitutione, ceu dictum, approbata. Quod autem ab initio nullum debitum ex numero onerum hereditariorum fuerit exemtum, patet ex textu 2. *F.* 45. unde eo jure nullum fere debitum, memoratis exceptis, ex feudo ſolvi debuit, quam illud, pro quo hypotheca conſenſu Domini feudi & voluntate Agnatorum conſtituebatur. *Jacob. Thoming. Decis.* 27. *n.* 15. & *seqq.* Hartm. Piſtor. *Lib.* 1. *q.* 4. *n.* 14. & *q.* 31. *n.* 18. Aſt ſucceſſu temporis primitus Neapoli, ac in Regno Siciliæ introductum, ut quædam debita feudis cohærerent, quod ipſum Andreas de Iſernia & Matthæus de Afflictis adeo ex jure Communi Feudali defendere ſuſtinuerunt, hinc ex doctrina Interpretum Feudalium illos ſequentium, in Germania iſthæc extenſio invaluit. Heig. *p.* 2. *qv.* 20. *n.* 43. Thoming. *Decis.* 27. *n.* 24. ita tamen, ut ob variationem heic ratione ſpecierum occurrentium, ille, qui onus feudi aſſerit, id probare debeat. Mev. *p.* 2. *decis.* 125. niſi peculiaris adſit Conſtitutio, ut in Saxonia extat Electoralis 46. *p.* 2. & in Magdeb. *Duc. Ord. Prov. Cap.* 8. *th.* 28. & Anhalt. *tit.* 17. Nam potiores univerſali uſu, & conſtitutionibus locorum receptæ, atque hinc inde recenſitæ ſpecies iſtorum feudalium onerum, com-

muniter duplicis generis esse annotantur; alia quæ ipsius feudi causa contracta sunt debita per versionem in rem, & ex ipso feudo simpliciter solvenda esse dicuntur; alia ob favorem causæ deficiente allodio in subsidium demum præstanda veniunt. Struv. *S. J. F. cap. 14. th. 6.* Berlich. *p. 2. concl. 17. n. 32. & seqq.* Quamobrem in text. *art. 5. in fine & art. 6.* Land-Rechts *Lib. 1.* provisum, quod appellatione hereditatis feudum non comprehendatur, & heres de rebus hereditariis debitum solvere teneatur, minime vero ex bonis feudalibus, ante allodialium rerum excussionem factam. Liquet ergo, quod hæres Vasalli in ejusmodi terris non cogatur solvere æs alienum Vasalli, ex bonis feudalibus, si vires allodii antecedenter excutiendæ sufficiunt, quo ipso præsens hæc Excussio & in Saxonia satis fundata existit. Schrader. *de Feud. lib. 7. cap. 7. n. 34.* Titius *in Jurispr. Civil. lib. 2. cap. 12. §. 8.*

§. VII.

Quibus competat Exceptio allodii excutiendi, monetur.

Viso fundamento, quo nititur præsens Excussio allodii ante feuda, progredimur nunc quoque ad Personas, quibus hac Excussionis exceptione succurritur. Competit autem ista regulariter omnibus Vasallis feuda possidentibus, exceptis illis, qui feuda hæreditaria tenent. Berlich. *p. 2. concl. 55. n. 20. & seqq.* Nam successores talium feudorum hæreditariorum, omnis generis debita solvere tenentur ex feudis hæreditariis, imo nec Dominum, ad quem fortasse vel ob feloniam, vel ob defectum successorum tale feudum rediit, ab exsolutione debitorum liberum esse existima-

mamus, licet alii putent, Dominum non aliter hoc casu obligari, ad exsolvenda debita, quam si hypotheca, etiam cum Domini consensu in feudo fuerit constituta; Sed respondemus, quod Dominus etiam sine hypotheca ad exsolutionem debitorum hæreditariorum obstrictus sit, nam recipit quidem feudum jure proprio, sed simul ut hereditarium, h. e. tale, de quo Vasallus debita libere contrahere potuit, hinc Dominus cum receptione hujusmodi feudi, simul obligationem Vasalli personalem in se derivat. Hartm. Pistor. *p. 2. q. 28.* Dn. L. B. *de Lyncker. Respons.* 4. *n.* 3. & 4. unde est, quod Excussionis allodii exceptio in feudis ejusmodi hæreditariis locum non habeat, cum ubicunque successor feudi ad exsolutionem debitorum de jure obstringatur, hinc ista Exceptio non potest non cessare, quæ tamen omnino competit aliorum feudorum successoribus. Titius *Jurispr. Civ. lib.* 2. *cap.* 12. §. *3.* & §. 5.

§. VIII.

Id tamen quod ivimus assertum de Domino feudi, ut & ille ad æs alienum teneatur, duntaxat de feudo mere & absolute hæreditario intellectum esse volumus, eo nempe, quod non tantum transmissionem ad hæredes quoscunque, sed & alienationem inter viros importat. Quale quidam recte putant censeri, cujus tabulis investituræ hæcce verba: Als ein eigenthümlich Lehn-Gut/ eigenthümliches Lehen / rechtes Erb- oder allodial Gut / adjecta deprehenduntur. Dn. L. B. de Lyncker. ad Struv. S. J. F. *Cap.* 4. §. 13. Schilt. *Inst. feud. c. 9. §.* 17. sed minus dubitandum de eo fo-

Dominus tamen feudi in absoluto & mere hæreditario feudo non utitur excussionis exceptione.

conspiciatur concessa facultas. Horn. *in Jurispr. feud. Longobard. c. 4. §. 44. usque ad* 49. quod Dominus feudi devoluto ad sese feudo, debita a Vasallo sub hypotheca consensu Domini non munita & contracta, agnoscere teneatur vel minime, licet consensissent adeo omnes agnati. Frantzk. *lib. 3. Resol. 8.* Pingitzer. *q. 35. n. 39. & seqq.*

§. IX.

Porro hac nostra Excussionis exceptione non gaudent filii, per text. 2. *Feud.* 54. nam hi non possunt assumere feudum, & repudiare hæreditatem paternam, atque sic ab exsolutione debitorum se liberare. Mev. *de Levam. deb. inop. c. 7. n.* 109. Bruñem. *c. 2. d. 64. n. 5.* Struv. *S. J. F. cap. 14. aph.* 30. *n.* 12. Kohl. *de Feud. exerc. 1. n.* 22. Carpz. J. *P. F. p. 2. c. 47. d. 3. &* 5. pietas etenim, honorqve, quem filii patribus debent, hoc non permittit, dum mediante patris persona filius pervenit ad feudum, & cum patre una eademque persona esse censetur, quantam ergo ignominiam, & quam gravem admodum injuriam filius inferret suo genitori, si hæreditatem damnosam repudiaret, & retineret tantum feudum, merito proinde gnatus pro patre omnia debita sustinet, ne ille, nemine ipsi hærede existente, vel omnibus ejusdem debitis non extinctis, injuria afficiatur, manesve patris ulla ratione graventur. Mynsing. *Cent.* 3. *obs. 67. in f.* Kohl. *de feud. exerc. 1. n.* 18. Köpp. *dec. 39. n.* 20. Hinc Legislator feudalis justa ratione motus, filio onus æris alieni paterni exsolvendi, feudum licet solum capienti, duxit injungendum indistincte, licet debita sint extra-

Filii pariter non gaudent excussionis nostra exceptione.

nea. Bitsch. *ad text. 2. F. 45. per tot.* Dn. L. B. de Lyncker. *Resp. 91. n. 72* Mev. *p. 2. D. 115. n. 2.* Nihil porro interest, num filius sub beneficio inventarii hæreditatem patris adierit, an non. Struv. *in S. J. F. c. 14. aph. 30. n. 3.* id quod de Jure Saxonico confirmat Carpz. *J. P. F. p. 2. c. 46. d. 5. n. 6. 7. 8.* Brunnem. *c. 2. d. 69. n. 5.* idem hoc observari in Marchia testatur novissimus Recessus Provinc. Elector. Frider. Wilhelmi de Ao. 1657. Assertum hoc nostrum ubique generaliter fundatur in *L. cum a matre. 14. C. de R. V.* ubi dicitur, quod filius omnino præstare teneatur factum defuncti, & hinc facili negotio concludendum, quod sic omnia relicta à patre defuncto debita quoque solvere cogatur, quia heic feudum ab allodio separari nequit: Ubique enim hæres repræsentat personam defuncti, unde liquet, quod filio præsens nostra Excussionis exceptio haud competat, cum feudali jure non contrarium, sed idem juris principium receptum deprehendatur, per cit. text. *2. F. 45. & 2. F. 51. §. filius.* Ast de Agnato tuto affirmamus, huncce nostra Excussionis exceptione gaudere, ex ratione, quia ipse nimirum ad debita vasalli ultimi possessoris, sine consensu suo contracta solvenda, nullo jure obstringitur, nec enim causam succedendi ab ultimo possessore habet, sed à primo acquirente, jure & prima investitura quæsito, per text. 2. *F. 45.* Köpp. *d.* 39. Cravetta *cons.* 197. Coler. *de proc. execut. c. 3. n.* 272. adeo, ut & feudum in casu æris alieni alienatum ab eo revocari possit. 2. *F. 26. §. Titius.* Ant. *Disp. feud.* 10. *th. 3.* Schrader. *de feud. p. 8. n.* 32. quod etiam verum est, etsi

si æris alieni necessitate cogente, ad alienationem ultimus possessor & Vasallus processisset. Hartm. Pistor. *q.* 6. *n.* 49. Curt. Jun. *p.* 2. *n.* 107. utut detur hoc casu emtori regressus contra alienantis hæredes allodiales. Stryck. *Ex. Jur. Feud. cap.* 20. *q.* 8. Ant. *Disp. feud.* 10. *th.* 3. *lit. C.*

X.

Simultanea investitus quoque non gaudet excussionis beneficio, si hæres vasalli extitit.

Sed quod si Agnatus simultanee investitus alienatori hæres in allodiis extiterit, annon & hoc casu factum alienatoris defuncti præstare teneatur, inter sese Ddres non adeo conveniunt? Distinguendum tamen esse puto, num impugnare velit talis hæres factum defuncti in illis rebus, quæ jure hæreditario ad eundem pertinent, an vero cogitet factum ejusdem impugnare in iis rebus, quæ non jure hæreditario, sed proprio ad eundem spectant, ut ita priori casu non sit licitum tali successori, alienationem defuncti revocare, bene tamen posteriori casu. Hartm. Pistor. *p.* 2. *q.* 9. *n.* 42. & 46. Expeditum enim est, sola vi investituræ simultaneæ, jure Lombardico duntaxat in feudo novo, non antiquo, Struv. *S. J. F. cap.* 13. §. 18. sed moribus Saxonicis in omni etiam antiquo, ad successionem agnatorum necessariæ. Berlich. *p. 2. concl.* 53. *n.* 24. jus succedendi firmum & radicatum Agnatis in feudo adeo tribui, etiamsi nulla eorundem mentio fuerit in instrumento injecta. Hartm. Pistor. *p.* 2. *q.* 20. *n.* 6. Carpz. *J. P. F. p. 2. const.* 25. *def.* 16. ut adeo heic agnati proprio ex jure revocandi rem feudalem habeant licentiam quidem. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 48. *def.* 6. sed nonnisi

sub

sub pretio emtori refundendo, propter aditam hæreditatem allodialem, satis enim lucri ad ipsos redundat ex eo, quod rem ipsam possint revocare, qua successores ex jure primæ investituræ, qua hæredes allodiales autem (non enim absurdum est, unam personam duplici jure censeri, pretium emtori refundant, ne cum alterius detrimento locupletentur. Hartm. Pistor. *p.* 2. *q.* 9. *n.f.* quo casu multum tamen refert fecisse inventarium, eo enim confecto, ultra vires hæreditatis non tenebuntur. *L.f. C. de Jur. delib.* id quod etiam ad agnatos demum natos venit extendendum. Berlich. *p. 2. concl.* 57. *n.* 47. Hartm. *lib.* 2. *q.* 6. *n.* 37. *& seqq.*

XI.

Qualis exceptio Excussio allodii sit, num dilatoria, an peremtoria heic perpenditur.

Hujus Excussionis Allodii effectus est, quod possessor feudi, quando convenitur ad debita ex feudo solvenda, si opponit hanc exceptiouem, tamdiu liberetur, donec bona allodialia fuerint excussa, i.e. exploratum sit, num non ex allodio creditoribus satisfactio fieri valeat, & nulla amplius adsint alia bona ad solvendum. Hoc ita præmisso quæritur: Qualis hæc nostra exceptio sit, num dilatoria, num peremtoria, an mixta & anomala? Sane si bona allodialia notorie extant sufficientia, ut hinc creditores sua credita consequi valeant, non est dubitandum, quin ea peremtoria sit nominanda, cum omnem perimat actionem, quæ scil. bonis allodialibus ad solvenda debita non sufficientibus, potest institui licet contra possessorem feudi. Hinc merito ad classem peremtoriarum referendam eandem statuunt, quia possessor feu-

feudalis, si bona allodialia solvendo esse reperiuntur, hac contra motam actionem perpetuo est tutus, id quod ad ejusmodi exceptionis qualitatem arguendam sufficit. arg. *L.* 56. *ff. de cond. indeb.* Vinn. *ad* §. 10. *Instit. de except. in fin.* Guid. Pap. *decis.* 432. *n.* 10. Matth. Coler. *in Tract. proc. execut. p.* 4. *c.* 1. *n.* 96. Sin vero bona allodialia non sunt solvendo, exceptio ista utique dilatoria est, nam tum opponens eandem meritis causæ, ad tempus solummodo munimenti quicquam exinde habet, unde ceu dilatoria ante litis contestationem venit opponenda. Bartol. *in L.* 2. *n.* 6. *ff. de Except.* Alexand. *cons.* 78. *n.* 9. *lib.* 1. *& cons.* 32. *n.* 2. *lib.* 4. Paris *cons.* 103. *n.* 6. *vol.* 3. *& in cons.* 53. *vol.* 5. Unde pro hac diversitate circumstantiarum & rei contingentia, vel indolem exceptionis perpetuæ, vel temporalis induit, & recurrendum est ad bona feudalia demum in subsidium, non enim hac ipsa perimitur actio instituta, sed tantum, ut prius possessor bonorum allodialium conveniatur & excutiatur, judicium differtur, si hic postea non solvendo adparet, possessor feudi, qui hac exceptione se tueri gestiit, & interim absolutus est, iterum conveniri, & à judice ad omnia debita solvenda condemnari ac cogi potest. Bartol. *in L.* 3. *n.* 6. *ff. de Except.* Hinc ille, qui opponit hanc exceptionem, ab ipsa actione non liberatur, sed duntaxat ab instantia, hac sub pronunciandi formula: Daß Klägers Suchen noch zur Zeit nicht statt habe. vel: daß sich Beklagter auff angestellte Klage noch zur Zeit einzulassen nicht schuldig. vel: Daß Beklagter von diesem Gerichts-Zwang und instantia oder observatione judicii noch

zur Zeit zu absolviren. Hahn. ad Wesenbec. *tit. de except. n.* 1. Quod si post litem contestatam isthæc exceptio demum fuerit opposita, possessor quidem feudi absolvitur ab actione, verum non simpliciter, sed cum hac limitatione & restrictione: Daß Beklagter von angestellter Klage / wegen fürgewanter exceptionis excussionis zu entbinden. Gail. quidem *Lib. 2. obs. 27. n. 5 & 6.* statuit, hanc exceptionem intentionis sive facti esse, sed ipse sibi contrarius est in *praeced. n.* 4. ubi fatetur: hanc exceptionem juris sive actionis esse, creditor enim hoc in casu non agit sine actione, & possessor feudi, tanquam debitor minus principalis, hanc exceptionem opponendo, non negat intentionem actoris, & actionem ipso jure competentem, sed hoc saltem dicit, se principali debitore nondum excusso, tanquam possessorem bonorum allodialium condemnari iniquum fore, & hinc possessorem allodii prius excutiendum esse. Mev. *consil.* 52. *n.* 103. & 105. & *p. 5. decis.* 364.

XII.

Ostenditur æquitas excussionis allodii. Porro ad hanc Allodii Excussionem introducendam, movit Legislatorem æquitas, quæ suadet, ut prius eatur ad eum, qui vel ob qualitatem bonorum, facilius obligationis nexum admittentium, vel aliam ob causam principaliter tenetur, antequam ad illum perveniatur, qui tam facile vinculo æris alieni non obstringitur, cujusve bona possessa duntaxat in certum eventum, & minus principaliter solummodo afficiuntur, ut à creditore instituatur actio debitorum contractorum causa, prius adversus possessores & heredes allodii, personam defuncti juris fictione repræsentantes

rantes. Nov. *48. in præf. L. 54. ff. de A. vel Om. hæred. L. 193. ff. de R. J.* quam adversus eos, in quibus istiusmodi fictionis ratio vix ac ne vix quidem obtinet, sed bona ubique proprio jure citra jus hæreditarium ab eisdem possidentur. arg. 2. F. 45. Nonne hinc æquissimum est, ut prius cum charactere repræsentatitio successor in allodio, hæreditario jure gaudens in bonis acquisitis allodialibus, ac possessor feudi excutiatur, & ad eum eatur, qui ubique proprio jure feudalia bona occupat, & horum intuitu satis incommodi ratione præstationis servitiorum feudalium, der Ritter-Dienste/patitur. Unde probabilis omnino est conjectura, hanc rationem respexisse jura, quæ possessorem feudi in subsidium demum, & sub conditione obligant, & feudalem rem afficiunt, si debitor, possessor allodii, ceu hæres & principalis debitor non est solvendo, nam sicuti fidejussor, qui pro alio fidejussit, si conveniatur à creditore ex obligatione sua accessoria, gaudet exceptione ordinis, quoniam scil. se in subsidium tantum obligavit, ita & jura simile quid feudo præ allodio indultum esse voluerunt, quando concedunt possessori feudali, ut creditor non citius moveat contra eundem actiones, quam bonis possessoris allodialis excussis, & in subsidium, quando palam est, bonorum allodialium possessorem non esse solvendo. Diximus autem supra, quod etiam contra hæredes possessorum bonorum allodialium competat actio, quæ a Creditore instituitur, idque non sine ratione, nam & hi charactere defuncti repræsentatitio secundum *Nov. 48. in præfat.* ad id pollent, ut tanquam principaliter obli-

gati, si adhuc in vivis essent, prius conveniantur, unde etiam illis denatis, ut horum successores recte excussionem pati tenentur. *Nov. 4. cap. 2. in fin. Auth. hoc si. Cod. de pign. L. 47. princ. ff. de jur. Fisci. L. 6. in med. ibi: sive eorum hæredes. Cod. arbitr. tutel. L. fin. Cod. de divid. tut.* ita ut nec pupilli hinc excipiantur. arg. *L. 1. & 2. Cod. de hæred. act.* quod de hæredibus est dictum, illud etiam extenditur ad hæreditatem jacentem, quæ est loco domini, & defuncti personam repræsentat. *§. 2. Inst. de hæred. qual. & diff. L. 31. §. 1. ff. de hæred. instit.* Gail. *Lib. 2. obs. 27. n. 12.* Quomodo vero eo in casu contra jacentem hæreditatem allodialem excussio fieri debeat, illud Hering. *Tract. de fidejuss. cap. 7. part. 1. num. 176. & seqq.* ea ratione explicat: quod nimirum curator bonis sit dandus, vel ex consensu majoris partis creditorum, vel auctoritate Magistratus. *L. de curatore. ff. de cur. bonis dand.*

§. XIII.

Allodium excutiendū heic specifice ad.. itatur.

Dum autem de Excussione Allodii haec quæstio vertitur, operæ pretium esse videtur, simul excutere, quænam res ad Allodium pertineant, heic in genere quidem notandum censemus, plurimas res mobiles ad feudi usum destinatas esse allodiales. Sed in specie huc referuntur, (1) omnia bona citra feudalem nexum possessa ac hæreditaria, Erb-Güter/ hæcce feudo licet fuerint juncta, naturam feudi tamen non recipiunt, sed bona allodialia: Erbe/ manent, & ad hæredes masculini & fœminini sexus quosvis transeunt, quare vineæ allodii qualitatem haud dimittunt, utut ad tempus feudo putative cohæserint, ob selbi-

ge

ge schon vor Lehn gebraucht worden. (2.) Pariter novæ exstructæ ædes, emta molendina & prædia, naturam & indolem allodii servant, nisi per specialem investituram hæcce bona feudalia fuerint facta. (3.)Pecunia parata quoque huc spectat, nam hæc in singularibus non succedit loco rei,& hinc nec pecunia ex feudo redacta pro feudali habetur. *2. Feud. 26. §. si Vasallus.* Carpz. *J. P. F. p. 3. const. 30. def. 1. seq.* Richt. *vol. 2 cons. 361. n.* 12. nisi pecunia ad usum feudi destinata sit per conventionem, tunc enim ad feudales res non immerito extat referenda. vid. Const. Elect. *p. 3. c.* 30. *ibiq;* Carpz. *de fin. 7. & 8.* (4)Res pretiosæ & cætera mobilia, quæ ad exornandas ædes adhibentur,& in illis reperiuntur, non minus allodialis sunt qualitatis: die Tapezereyen / Silber-Geschirr / Kunst-Kammern/Raritäten-Kammern / Ställe & hujus generis similia, ut imagines, aliæve picturæ. Carpz. *Lib. 6. resp. 34. n.* 30. (5) Lecti in feudo citra destinationem eo perpetuo factam existentes. (6) Fructus. Schrad. *de Feud. p. 7. c. 2. n. 25.* nulla habita distinctione inter fructus, num civiles, an naturales sint. Fructus vero pendentes quod attinet, cum adhuc pars fundi sint, arg. *L. 44. ff. de R. V.* pars quoque feudi reputabuntur; & hinc ab allodio separantur, cum temperamento tamen à Feudista proposito in *2. Feud. 28. §. bis consequenter.* ut vasallo post Kal. Mart. decedente illius anni fructus cedant allodio, secus si antea sit mortuus. Bitsch. *in Comm. Feud. ad d. text. 2 F. 28* (7) Equi etiam illi, quibus tormenta bellica trahuntur, die Artillerie Pferde. (8.) Omnis suppellex domestica & rustica ad œconomiam pertinens, v. g. fimus, frumenta in ædibus

 jacen-

jacentia, pecora & alia instrumenta rustica, etiam agriculturæ, Pflüge / Wagen Leitern / de quibus vid. Richt. *vol. 2. consf. 43. n. 16. verb:* Schiff und Geschirr. (9.) Plagae; & alia instrumenta venatoria. (10.) Sclopetae & bombardae. (11.) Alvearia apum, vid. *L. non magis. 16. ff. de Act. Emt.* (12.) Moledina navalia, id quod confirmant Rosenth. *de Feud. c. 4. concl. 4. n. 2.* Borcholt. *de Feud. c. 6. n. 11.* Vultej. *de Feud. lib. 5. n. 5.* licet alii molendina navalia potius ad res feudales referant per ea, quæ tradunt Hering. *de molend. qu. 8 n. 10. sequ.* Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 6. aph. 11. n. 6.* Plures species rerum, quos Dd. ad allodium referunt, videre licet apud Stryck. *in diss. de Jure allodiali Princip. Imp. per tot.* nec non Struv. *in appendic. Synt. Feud. adject. quænam res allodiales, quænam feudales. per tot.*

XIV.

Qua ratione pecunia ex feudo redacta sit feudalis vocanda.

Præcedenti quidem in Thesi fuit traditum de pecunia, per conventionem ad feudum destinata, quod suo modo ad res feudales sit referenda, sed id duntaxat hac ratione venit accipiendum, ut paciscentes feudales soli quidem succedant in eadem, exclusis hæredibus allodialibus, nec rationes ob quas de successione pacisci prohibitum est, pertinent ad hoc pactum de re particulari interpositum. Mev. *consil. 18. n. 17.* Wes. *p. 1. consil. 41. n. 171.* licet domini feudi consensus, sine quo feudi qualitas nulli rei attribuitur, nondum supervenerit. Dn. de Lyncker *Respons. 52. n. 22.* Ceterum tamen talis pecunia ad usum feudi destinata manet allodialis. Heig. *p. 1. q. 25.* Dahero ein Lehn-Stamm / so lange er würcklich nicht zum Lehn gemacht / oder davon ein Gut erkaufft / und dieses in die

Lehn /

Lehn/ durch einen Lehn-Herren genommen wird/für Lehn nicht zu halten/ cit. Dn. de Lyncker. *n.* 22. Licet Agnati paciscentes adversus haeredes defuncti allodiales actionem personalem habeant ad exsolvendam pecuniam conventam, ut in feudum collocetur. Carpzov. *p. 4. const. 30. def. 4.* Struv. *in Synt. Jur. Feud. c. 4. aph. 7. n.* 1. und also die Land-Erben dem jenigen Lehn-Stamm / welcher bey dero Erblassern gestanden/ denen Lehens-Erben auszuzahlen gehalten. Schrad. *1. consil. 19. n. 32. & 60.* quo ipso satis adparet, quod & talis pecunia alioquin, successione excepta, indolem allodialem ubique retineat, & sic etiam ad Excussionem nostri allodii spectet.

§. XV.

Excussio allodii fiat per investigationem ejusdem quantitatis, confecto inventario.

Ut vero Excussio Allodii ante Feudum recte ac rite procedat, praecipue necesse est Primo ut ante omnia inquiratur in extantis allodialis patrimonii quantitatem, non enim nisi viribus ejusdem exploratis, constare potest, an feudum aeri alieno obnoxium fiat, ex quo peculiaris usitata est discussionis instantia Fab. *in C. Sabaud. lib. 6. tit.* 11. *def. 4.* Secundo necessarium est, ut exhibeatur inventarium, in quo bona allodialia descripta repraesentantur. Mev. *p. 2. dec.* 122. *n. 2.* vid. *L. fin. C. de jur. deliber.* Inventarium vero sicuti derivatur a verbo invenire, quod nimirum bona reperta & deprehensa ei inscribantur. Donell. *Lib. 7. comm. jur. civ. c.* 3. ita haud incongrue vocatur repertorium. *L. 7. pr. ff. de adm. tut.* ac index bonorum, regestum, vulgo registrum, synopsis bonorum. *L. 5. §. 11. ff. de reb. eor. qui sub tut.* commentarius facultatum. *Nov. Leon.* 110. Et licet inven-

ventarii confectio sit alias beneficium hæredi præstitum ad id, ut ultra hæreditatis vires haud teneatur, sed ab omni hæreditario damno liberetur. *L. f. C. de jure delib. §. 5. Inst. de hæred. qual. & diff.* Lauterb. *in Diss. Tubing. de Invent. per tot.* simul tamen etiam optimum est medium, vires patrimonii allodialis in hujus Excussione explorandi. Mev. *p. 2. Decis.* 142.

§. XVI.

Speciatim allodii quantitas per ejusdem æstimationem facienda, circumstantiæ heic occurentes indicantur.

Ad præcedentem hanc inventarii exhibitionem, perquisitio facultatum descriptarum, ita ad amussim venit attendenda, ut, tamdiu ex allodio quicquam superest, haud deveniatur ad feudalia bona, hinc aestimatio quoque seu computatio allodialium rerum, quantum pecuniae ex iis sit colligendum, simul occurrit, quia per aestimationem constat de viribus allodii, in hujus taxatione & perscrutatione respicitur quidem quanti res valeant communiter apud omnes homines, sed & non secundum privatum alicujus affectum. *L. 63. ff. ad L. Falud.* Ast ratio tamen habetur rerum, emptorum, pecuniae raritatis vel copiae, fructuum in fundo pendentium, loci rei sitae, periculosi vel fructuosi, temporis pacis vel belli, pacti de retrovendendo, vel similis additi, evictionis, praediorum culturae, conditionis vicini, laboris, sumtuum, periculi, fructuum & annuorum proventuum, dignitatis annexae, jurisdictionis, juris patronatus, late de his Lauterbach. *ad tit. ff. de contrab. emt. & vendit. p.* 307.

CAP.

CAP. II.

Excussionem allodii in specie perpendit quoad debita eandem fundantia.

I.

DEbita Feudalia circa Excussionem Allodii speciatim considerandam occurrentia duplicis sunt generis, quaedam enim principaliter ex feudo solvuntur, ut debita ratione ipsius rei feudalis contracta, licet bona allodialia adsint, quaedam vero his deficientibus, in subsidium demum præstantur, & subsidiaria vocantur, ob singularem causæ, quæ subest, favorem. Illa ante excussionem rerum hæreditariarum sive allodialium, derer frey-eigenen und Erb-Güter/ ex feudo penduntur una cum usuris, tam jure Communi. Alb. Brun. *cons.* 104. Borcholt. *p.* 2. *c.* 7. *n.* 94. quam Jure Saxonico. Richt. *dec.* 78. *n.* 15. & 17. vid. Const. Elector. *p.* 2. *c.* 46. *in verb.* die Land-Erben damit verschont bleiben. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 46. *def.* 7. ex ratione, quia cum hæreditate nihil commune habent, sed feudo ita inhærent, ut ista etiam ipse Dominus feudi agnoscere & sufferre teneatur, Carpz. *d. loc. def.* 7. si illi feudum aperiatur. Quænam autem isthæc debita feudalia principalia sint, infra Cap. III. secuturo demonstrabimus. Hæc autem

Subsidiaria debita feudalia cumprimis Excussionem allodii fundant.

D debi-

taxat in subsidium & minus principaliter veniant præstanda.

III.

Ad debita feudalia subsidiaria Excussionem Allodii fundantia, spectat (1) Alimentatio, Educatio & Dotatio filiarum, nam hæc onera deficiente allodio ex feudo sufferri convenit. Rhetius 1. *F.* 1. *p.* 105. *n.* 3. Struv. *S. J. F. cap.* 14. *§.* 17. Mev. *p.* 3. *decis.* 363. *n.* 2. Carpz. *de Oner. vasall. decad.* 3. *pos.* 3. *n.* 27. *& sequ.* cum moribus æquitatis ratione extet receptum, ut deficientibus vel non sufficientibus bonis allodialibus, alimenta & congrua dos filiabus ex feudo, quod pater habuit, suppeditentur, vel saltem suppleantur à quolibet feudi possessore. Hartm. Pistor. *p.* 2. *qu.* 37. *n.* 1. Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 112. *n.* 7. Herm. Vultej. *lib.* 1. *de feud. cap.* 9. *n.* 57. Zas. *de feud. p.* 9. *n.* 8. dos & alimenta pari jure censentur, quia ex eodem justitiæ fundamento debentur. *L. f. ff. de alim. & cib. leg.* Ideo sicuti istius, ita & horum debitum universali Germaniæ consuetudine factum est onus feudale. Mev. *p.* 3. *decis.* 367. *n.* 2. sed nonnisi, ceu dictum, subsidiarium. Mev. *cit. p. decis.* 363. *n.* 3. Dn. L. B. de Lyncker. *cent.* 9. *decis.* 857. *n.* 2. in verbis: indeme zwar der letzte Vasall seinen Töchtern einen ansehnlichen dotem, da er nur den einen Sohn gehabt / im Testament verschrieben / aber auch doch Erbe hinterlassen / qua ratione in subsidium veniunt bona feudalia. Sic dotatio etiam in ditionibus Electoratus Saxonici, nonnisi in subsidium, feudi successoribus incumbit. Ordin. *proc. jud. noviss. Elect. Saxon. tit.* 45. *§.* Es trägt sich auch. vers. Wofern sie sich an denen Erb-Gütern nicht zu

Excussionis allodii locum facit Alimentatio, Educatio & Dotatio filiarum.

erholen. Etenim quoties vasallus vel nulla bona allodialia, vel adeo exigua reliquerit, ut filiabus alendis & dotandis ea non sufficiant, non inique introductum, & longæva consuetudine comprobatum adparet, ut filiae ex feudo alantur, & si nupserint, dotentur, aut saltem defectus allodii ex his suppleatur. Mod. Pistor. *vol.* 1. *conf.* 5. *n.* 22. Matth. Col. *p.* 1. *decis.* 28. *n* 4. *& decis.* 213. *n.* 1. Andr. Rauchb. *p.* 1. *quæst* 38 Petr. Heig. *Part.* 1. *qu.* 25. *n.* 62. Vnde hoc onus feudale appellatur, eoque non solum frater & agnatus quivis, ad quem feudum devolvitur, sed etiam Dominus ipse, feudo ad ipsum redeunte, gravari solent. Joh. Schneidevv. *in* §. *fuerat.* 29. *Inst. de Act n.* 97. Carpz. *de Oner. vasall. decad.* 3. *pos.* 8: *in fine.* attamen ut modo diximus, nonnisi in subsidium, quando nimirum bona allodialia non adsunt, aut non sufficiunt, etiam de Jure Saxonico haec dos filiabus constituenda debetur, interest enim, ut filiae dotes suas habeant salvas, ex quibuscunque etiam praestentur bonis. D. Ziegl. *de debit. ex feud. solv. cap.* 3. *§.* 20. *&* 22. Imo si dos congrua jam sit constituta, & debitum eo nomine à patre vel fratre dotatæ contractum, etiam sine consensu Domini & Agnatorum. tunc debitum ex feudo solo, non vero ex allodio Jure Saxon. est solvendum. *Constit. Elect.* 46. *p.* 2. ibique Carpz. *def.* 13. Casp. Henric. Horn. *Jurisprud. feud. cap.* 21. § 13. Quod si filiabus non à patre, sed aliunde opes quaedam suppetunt, eæve non adeo magnae sint, dotatio nihilominus, arbitrio judicis, ex feudo praestari debet in subsidium. Titius *in Jurisprud. Civ. lib. XI. cap.* 12. §. 13. Imo si fratres feu-

feudalia bona cum consensu Domini & Agnatorum creditoribus hypothecaverint, nihilominns filiæ ratione dotationis hisce præferuntur, ex dispositione manifesta Elector. Saxon. *d. tit.* 45. *Ord. proc. judic.* §. Es trägt sich auch. Carpz. *p.* 2. *C.* 46. *def.* 16. vide ibi adjuncta præjudicia. Struv. *in Synt. J. F. cap.* 14. §. 17. *n.* 1. B. D. Stryck. *in Diss. de obl. feud. consens. munit. cap.* 1. §. 8. Præferri quoque filias patriis creditoribus voluit. Carpz. *de Oner. vasall. decad.* 3. *pos.* 8. *in fine.* Sed id merito in dubium vocat Ziegl. *d. l. ob L.* 8. §. 9. *ff. de inoff. test.* L. 60. L. 69. §. 4. L 72. *ff. de jur. dot.* Addatur Gail. *lib.* 1. *obs.* 119. *n.* 11.

IV.

Hæc, quæ de dotatione filiarum hucusque diximus, consuetudine fere generali ubique introducta & cumprimis in Saxonia observantur, ita ut dotatio ista in subsidium ex feudo debeatur. Aliud tamen in Pomerania singulariter obtinet, ubi dos ex feudo est præstanda, etiamsi hæreditas sit ampla, & allodium amplissimum. Mev. *p.* 3. *decis.* 363. ita hujus Provinciæ JCtis ac Consiliariis in Conclusis, quæ Stetinensia vocantur, vid. Concl. Pomeran. *tit.* 3. *concl.* 4. est visum, daß die Aussteuren von Erb- und Lehn zugleich geschehen solle. Mev. *cit. l. n.* 2. Quam observantiam mores Marchiæ etiam comprobarunt, teste Brunnem. *cons.* 3. *n.* 7. & *sequ.* adeo ut ibi non dignitas personæ contrahentis, sed qualitas feudi attendatur, ut sc. deducto omni ære alieno, ultra tertiam vel quartam partem dos non constituatur. Mev. *p.* 3. *decis.* 364. *n.* 3. & 4. Dn. L. B. de Lyncker. *cent.* 14. *decis.* 1393. *per tot.* Huc vero non pertinent, ceu supra §. 3. jam monitum

Circa dotationem filiarum mores diversi adducuntur, excussionem allodii alterantes.

D 3 est,

ubi nullæ facultates, ibi nulla dos, jam autem in creditorum concursu nulla bona superesse censentur. *L.72. ff. de jur. dot.* cui accedit, quod in bonis allodialibus non debeatur legitima, nisi satisfactum sit creditoribus. *L.8.* §.9. *ff. de inoff. testam.* Rauchbar. *q.38. n.48.* nisi vel statutis ac moribus loci aliud sit receptum, ceu de Saxonicis quoad fraternos creditores res est expedita, Ord. *Judic. Sax. tit. 45.* §. Es trägt. Carpz. *p.2. const.46. def.17. in fin.* (2) nec conceditur eisdem, ut dotem & elocationem immodicam exigant. Quænam vero dos sit moderata, vide Ziegl. in *Diss. de deb. ex feud. solv. c.* 3. §.23. *n.* 3. nempe talis est ea, quæ ubique quantitati & qualitati, ac conditioni filiæ dotandæ, ejusdem patris dignitati, numero liberorum, aliisve similibus est proportionata. Mev. *p. 3. decis. 363. 364. & seqq.* si partes convenire non possunt, ex arbitrio domini est determinanda. B.Stryck. *de Success. ab int. Diss.* 8. *c.* 10. *§. 25.* sicuti quoque (3) dos cessat, si quidem à feudi successoribus filiabus ea est constituta, sed ipsæ decesserint nondum maritatæ, nam dos filiabus non aliter debetur regulariter, quam si nubant. *L 23. & L.* 21. *ff. de jure. dot.* unde si non nupserint, feudi hoc lucrum est. *L.*7. *§. 3. L.*41. §. 1. *ff. de jure dot.* Hoc tamen fallit, si filiabus dos loco legitimæ assignata sit. Stryck. *de Success. ab intest. Diss.3. c. 2.* §. 21. vel usuræ ratione dotis promissæ solutæ, tunc enim dos non sub conditione, sed pure promissa putatur. Carpz. J. P. F. *p. 2. const. 46. def. 22.*

V. Sc-

V.

Excussionem allodii in specie fundant quoque alimenta inhabilibus ex feudis præstanna.

Secunda species debitorum feudalium in subsidium præstandorum, sunt Alimenta, quæ filiis ob animi corporisve vitium ad successionem feudalem inhabilibus debentur, de hoc debito subsidiario textus in jure communi feudali occurrunt 1. *F.* 6. *ff. mutus.* 2. *F. 26.* Licet enim ut personæ, quæ ad servitia præstanda sunt ineptæ, a feudi successione arceantur. Horn. *Jurispr. feud. Longob. cap.* 15. §. 12. tamen illis alimenta ex feudo in subsidium, deficiente allodio, debentur. 1. *F.* 6. §. 2. Hartm. Pistor. *p.* 2. *qv.* 3. *n.* 70. Jacob Schultes *in add. ad* Modest. Pistor. *part.* 3. *qv.* 122. *n.* 34. idque vel sola æquitatis ratione postulante, qua filiabus etiam innuptis alimenta ex feudo subministrantur, secundum Carpz. *J. P. F. p.* 2. *const.* 46. *d.* 16. unde & inhabilibus, pariter alimenta debentur, licet in subsidium ex feudo. Sunt autem tales inhabiles, (1.) muti. 1. *F.* 6. §. 2. (2.) surdi. *(3.)* cœci, *(4.)* furiosi, mente capti, claudi. 2. *F.* 36. §. 3. imo non competunt ea solummodo personis, quæ quidem ad feudi successionem sunt inhabiles, sed & per consuetudinem ac jura, adeo personis a successione feudali remotis, sicuti in feudis Regalibus eis, ubi feuda ad solum filium primogenitum deferuntur, cæteris filiis secundo ac ultragenitis exclusis. Hartm. Pistor. *p.* 2. *qv.* 27. *n.* 3. Tiraqv. *de jure primog. qv.* 4. *n.* 33. Springsfeld. *de Appanagiat. per tot.* Ziegl. *Diss. de deb. ex feud. solv. c.* 3. *D.* 29. suppeditanda tamen sunt ista alimenta pro feudi qualitate, & alendi conditione. Quamvis autem quidam existiment, feudi successores ad præstationem alimentorum obligari, etiamsi

si adsint bona allodialia. Berlich. *p. 2. concl.* 55. *n.* 70. & 71. Jacob. Schult. *in addit.* ad Modest. Pistor. *p. 3. qu.* 122. *n.* 91. Rectius tamen alii in subsidium demum alendas ex feudo esse ejusmodi personas arbitrantur, id quod etiam patet ex ipsius textus. 2. *F.* 6. *§.* 2. verbis. Hancce sententiam nostram quoque firmat Carpz. *J. P. F. p. 2. c. 46. d. 28.* Struv. *in Synt. J. F. c.* 14. *aph.* 18. Titius *lib. XI. c.* 12. §. 24. Stryck. *in Diss. de obl. feud. consens. munit. c.* 1. *n.* 31. Quodsi autem semel ab Agnato illa alimentatio suscepta fuerit, tunc pertinet ea tanquam debitum feudale principaliter ad agnatum & ejus successorem, id quod præjudicio roborat Müll. *Pract. rer. for. res.* 62. *n.* 42.

VI.

Simili modo tertio loco ex Feudo in subsidium a successoribus feudalibus debetur legitima iis, quibus eam exigendi jus est, ut filiabus aliisve ad successionem inhabilibus. Quid vero legitima sit, satis cuivis innotescit ex Nov. 18. *c.* 1. & notatis ab Hopp. *in Comment. ad Tit. Inst. de exhæredat. liberor.* hinc illius explicationi haud immoror. Interim nonnulli sunt, qui hanc sententiam nostram de legitima in subsidium ex Feudo præstanda plane in dubium vocaverunt, vide Heig. *p.* 1. *qu.* 25. Finckelthaus. *Disp. Feud.* 6. §. 31. dum legitimam debitum feudale esse negant. Brunnem. *c.* 5. *d.* 26. ex ratione, quod qui ab intestato non succedunt, nec legitimam petere valeant. *L.* 6. *§.* 1. *ff. de inoff. test.* jam vero filiæ a successione feudi exclusæ existimantur, ergo consectarium esse hoc certum hinc formandum, nec filias ex feudo legitimam petere posse. Menoch. *cons.* 8. *n.* 3. Vult. *de*

E *Feud.*

diali substantia patris comparato, æque ceu ex aliis feudis dotationem efflagitant, uti testatur Stryck. *in Diss. de oblig. feud. consensu mun. c.* 1. *§.* 27. *&* 28. Imo & adductæ nostræ assertionis de legitima exigenda, dantur limitationes hæ: (1) nisi pater partem substantiæ allodii sui in feudi coemtionem converterit, & in residuo salva adhuc sit Legitima. (2) nisi emerit pecunia in castris acquisita, vel ex gratia Domini, (3) nisi feudum vendiderit antiquum, & ex pretio recuperaverit novum. Carpz. *p.* 3. *c.* 9. *d.* 29. 30. *&* 31. Titius *in Jurisprud. Civ. Lib. XI. c.* 12. *§.* 24. Struv. *J. F. c.* 14. *aph.* 19.

VII.

Quarto ad censum debitorum Feudalium subsidiariorum referimus quoque impensas in funus defuncti Vasalli erogatas. Licet enim Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 46. *d.* 36. ad has solvendas, ne in subsidium quidem obstrictos esse successores feudales statuat; tamen æquior est assertio eorum, qui in subsidium ex feudo easdem deberi opinantur, quam sententiam etiam de Jure Saxonico receptam novimus. Carpzovius quidem *alleg. def.* putat, Agnatos nullo jure invitos ad solvendas hasce impensas cogi, hac ex ratione, quia tales impensæ non recte dicantur debitum feudale, & vix aliud debitum personæ magis inhæreat, quam id, quod in sepultura factum conspicitur, ergo potius hæredes allodiales ad hujus exsolutionem obstrictos esse concludit. arg. *L.* 1. *C. si cert. pet. L.* 1. *L.* 2. *C. de hæredit. action.* Verum cum & hic subsit summa æquitas, & singularis causæ favor, ne defunctus non sine ingenti sua injuria insepultus jaceat, omnino existi-

Excussionem allodii exposcunt impensæ funeris defuncti vasalli.

mus, deficientibus bonis allodialibus succedentes defuncto in feudo agnatos istas ad impensas suppeditandas teneri, Matth. *de Afflict. in c. an agn. vel fil. n.* 12. Mev. *Disc. levam. inop. cap. 8. n.* 182. verb. *sumtus in funus Vasalli facti.* Secundum quam sententiam pronunciatum esse in Scabinatu Hallensi mense Jan. Ao. 1590. testatur Struv. *in S. J. F. cap.* 14. *aph.* 20. Idem dicendum est de impensis necessariis ad funus filiæ defuncti Vasalli erogatis, si ea, antequam nubat, moriatur, & ita dote eidem alloquin ex feudo competente non egeat, cum & hæ ex feudo in subsidium recte præstentur. Struv. *cit. loc.* vid. Carpz. *p.* 2. *c.* 46. *d.* 23. & Ejusdem *prax. crimin. part.* 2. *qv.* 68. *n.* 115. Unde si successor feudi sepulturæ mandaverit Vasallum, tanquam alienum negotium gerens, funeraria actione sumtus ab hæredibus allodialibus factos repetit. vid. *L. & si quis* 14. *§.* 1. *& §. idem habeo,* 13. *ff. de Relig. & sumt. fun.* quando nimirum bona allodialia sunt capacia ad eosdem exsolvendos, alias enim in subsidium ex feudo isti debentur, quos tum ipse feudi successor sustinet, id quod pium, æquum & successioni conveniens censetur. In Pomerania tamen ante omnia ex Feudis debentur credita funeri impensa, ceu declarat ejusdem Provincialis Recessus de Ao. 1606. vid. Mev. *p.* 2. *d.* 124. Titius *lib. XI. c.* 12. §. 25. Stryck. *de obl. feud. consf. munit. c.* 1. *n.* 30. Cæterum hodie vix forsan reperire liceret Agnatos adeo tenaces, qui impensas funebres in exequiis Vasalli defuncti factas in subsidium ex feudo refundere recusarent, cum hanc refusionem & fama Vasalli, & familiarium & agnationis splendor ubique exposcat.

VIII.

VIII.

Inter species debitorum feudalium subsidiariorum Quinto numeramus omnia ista debita, in quæ sine legitima oppinoratione seu hypothecæ constitutione successores feudales consenserunt. Hæcce debita ideo in subsidium saltem ex feudo veniunt præstanda, quoniam neque oppignoratione, neque versione feudum afficiunt, & tamen aliqua æquitas præstationem ex eodem exigens subest. Regulariter quidem verum putatur, ejusmodi nexum feudi hypothecarum plane invalidum esse, in quem soli agnati sine interveniente Domini consensu consensere, adeoque nullum onus Feudi exinde constitutum censeri tale, quod ad Dominum, vel successores feudi devolvi queat. Unde sane concludendum, hos esse obstrictos vel minime, ut talia debita invalida hypotheca munita ex feudo solvant. Struv. *in S.J.F. cap.* 13. *aph.* 7. *& aph.* 15. *& 29.* Sed aliud dicendum putamus, si Agnatus in feudi oppignorationem consentiens debiti solutionem verbis expressis promiserit, & ita sese ad debiti solutionem expressim adstrinxerit, quam sententiam nostram expresse confirmat *Decis. Elector. Saxon. noviss.* 67. Etsi enim tum nulla feudi oppignoratio subsistat, adeoque ob deficientem Domini consensum, nec illa ipsos agnatos consentientes obstringere valeat, secundum Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 46. *def.* 9. *per tot.* attamen si feudum postea jure successionis ad eosdem devolvatur, vel saltem ex promissione solutionis personaliter obligati extabunt, ad præstandam ex feudo debiti exsolutionem: nam subsistit & hoc casu per se obligatio, ipsumque promittentem vinculat, licet,

Excussionem allodii operantur debita consensu successorum feudalium citra legitimam hypothecam constituta.

44. *n. 8.* Jacob. Schulz. *in addit. ad* Modeft. Piftor. *p. 3. qu.* 120, *n.* 24. *& in addit.* ad Rotfchiz. *de dotal. art.* 26. *num.* 14. ad quod exfolvendum fucceffores feudi utique tenentur, id, quod in ditionibus Electoratus Saxonici expreffa Lege adeo extat firmatum, etiamfi bona alia hæreditaria reperiantur *Conft. 46. proc. jud. Saxon. in verbis*: follen folche Schulden durch die Lehens-Folgere aus dem Lehn-Gut vergnügt/und die Land-Erben damit verschonet werden. Berlich. *p. 2. concl.* 55. *n.* 49. Quamvis quandoque alibi, ut & de jure communi Saxonico extra provincias Electoris Saxonici, fucceffores ad id debitum nonnifi in fubfidium, & tunc, fi nempe bona hæreditaria haud folvendo exiftunt, obligentur. Andr. Rauahb. *p. 2. qu.* 44. *n.* 3. Modeft. Piftor. *p. 3. qu.* 120. Schrader. *de Feud. part.* 7. *cap.* 7. *n.* 42. Berlich. *p. 2. concl.* 55. *n.* 80. Ceterum ita contractum debitum ubique onus effe feudale eo certius eft, quanto magis per oppignorationem afficitur ipfum feudum, ac adeo debitum etiam realiter ipfi feudo inhæreat, id quod tamen eft fecus circa alia onera feudalia: Evenit enim, quod hypotheca cum confenfu Domini & agnatorum conftituta fit legitima, hinc tale creditum feu debitum, non poteft non confentientibus fuccefforibus feudi, tanquam onus exfolutionis incumbere. Carpz. J. P. F. *p. 2. conft.* 46. *d.* 7. *& 8.* nam confenfus Domini pleniffimam vim dat hypothecæ & oppignorationi, fine eo fane nexus à feudi poffeffore factus omni effectu deftituitur. Vult. *de Feud.* 1. *c.* 10. *n.* 43. Sonsbec. *p.* 12. *n.* 100. Wefenb. *c.* 11. *n.* 5. unde iftam vafallus conftituere hypothe-

cam

cam volens ante omnia ad supra memoratam efficaciam & energiam hypothecæ, rite consensum à Domino feudi directo impetrare tenetur. Berlich. *p.* 2. *c.* 29. *n.* 14. Notandum tamen, quod Jure Saxonico loco Agnatorum cumprimis consensus simultanee investitorum ad hypothecationem feudi sit requirendus, ut si ad eos veniat successio, & ipsi eandem ratam habere & debitum agnoscere teneantur. 2. *F.* 39. & 45. Stryck. *de obl feud. cum consf. mun. c.* 1. *n.* 35. Titius *in jurisprud. Civil. lib. XI. c.* 12. §. 6. & 7. Richt. *decis.* 78. *n.* 15. Stryck. *de Feud. Pomer. c.* 2. §. 18. Struv. S. J. F. *c.* 14. *aph.* 23. & 24.

X.

Respondetur ad dubium a possessore tertio hypotheca alias derivatum.

Assertum modo erat, quod debitum sub hypotheca cum consensu Domini feudi & Agnatorum contractum, alias regulariter sit principale onus, ex feudo citra Excussionem Allodii solvendum, sed huic assertioni non parum ac leviter obstare videtur, quod tamen possessoti hypothecæ alias jure communi competat beneficium excussionis ad id, ut ipse debitor principalis, qualem allodialis hæres constituit, prius conveniatur, & deinde demum ad feudalem hypothecam ejusque possessorem deveniatur. Nov. 4. *c.* 2. *auth. sed hodie. C. de O. & Act. auth. hoc si. C. de pign.* Frantzk. *lib.* 2. *resolut.* 12. *n.* 37. Struv. *Ex. ad ϖ.* 26. *th.* 38. Neguzant. *de pign. m.* 1. *n.* 17. §. 4. Gail. *lib.* 2. *obs.* 27. *n.* 32. Verum enim vero, isthoc ordinis beneficio possessori alias competente parum officiente, omnino statuendum venit, quod nihilosecius prius hypotheca feudalis sit excutienda, cum si feudum hypothecatum ad vasallum

lum vel dominum feudi pervenerit, hi propter consensum suum antea in hypothecationem datum, pro tertiis possessoribus possint reputari vel minime. Dn. L.B. de Lyncker. *Resp.* 160. *n.* 4. *& seq.* Dahero auch die Besitzer so wenig / als die vorige pro tertio possessore, sondern pro ipso hypothecam eam constituente debitore zu halten / der aber sich mit dem beneficio excussionis, cum ipse hypothecam pro se constituerit, keines Weges behelffen kan. & porro: allermassen solcher Gestalt / da weder das beneficium excussionis in debitore ipso hypothecam possidente, oder dessen Erben / und eben so wenig bey dessen successoribus singularibus repetita per omnia causa possessionis, statt finden kan. Imo & emtor hypothecæ tertius, cui scienti potissimum res cum hypotheca rei inhærente venditur, beneficio excussionis vel ideo haud gaudere possit, cum sibi imputare debeat, ut id, quod rei inhærere tempore emtionis sciebat, non curaverit extingui, & sic quasi in fraudem illius mercatus fuerit. Nov. 112. *c.* 1. *ibi*: *vendere. it. ut ex pretio.* Berger. *Resolut. LL. obstant.* in Lauterb. Comp. *ad tit. ff. de pignor. q.* 2. hancce sententiam Ao. 1712. decisione quadam Inclutæ Facultatis Juridicæ Altdorfinæ, ad acta à quodam Illustri Regimine transmissa accommodata firmatam, communicatione sententiæ & rationum decidendi me certioravit hujus Diss. Dn. Præses.

XI.

Quod quandoque excussis feudalibus bonis allodialia in subsidium teneantur, pariter huc adducitur.

Hactenus diximus de debito ex consensu Domini & Agnatorum hypotheca munito, quod in numerum subsidiariorum onerum feudalium referri haud debeat, sed principaliter ex feudo solvendum sit, imo & hoc porro adductis adjiciendum censemus, quod excus-

excussis bonis feudalibus hypothecatis, ipsa bona allodialia potius in subsidium teneantur, si bona feudalia, ad solutionem non suffecerint omni modo obtinendam, si enim debita ejusmodi superant bona feudalia, in subsidium hæredes allodiales utique regressum vel exinde patiuntur, quia ex contractu super feudo, vel pecunia in feudum versa, initio vasallus personaliter obligatur, quæ obligatio actionem gignit personalem, qualis defuncto eo, omnino in hæredes transfertur allodiales. Nov. 48. *in præf.* licet in allodialibus hypotheca constituta, vel ita conventum non fuerit, ut illa debita ex bonis allodialibus exsolvi debeant, imo dicta hypotheca feudalis prius excutienda adeo venit, utut hypotheca partim in allodialibus, partim in feudalibus constituta extet, nam successores feudales, etiam hoc in casu in solidum tenentur. arg. *L. 2. C. si unus ex plur. hæred. cred. vel debit. part. suam deb. solv. vel accep.* Carpz. *L. 4. resp. 69. n. 5. & in. tr. de onerib. feud. d. 1. pos.* 10. *n.* 21. *& 24.* B. Stryck. *in Diss. de oblig. feud. cons. mun. c.* 1. *n.* 36. Struv. *S. J. F. c.* 14. *aph. 26.*

XII.

Ratione debitorum excussionem allodii operantium non est in feudis tacita hypotheca.

Cum itaque multum intersit, num bona feudalia sint hypothecata, non immerito quæstionem hic proponimus, annon pro illis debitis feudalibus recensitis, tacita legalisve hypotheca competat? Sed respondemus negative: cum enim tacita hypotheca in bonis feudalibus nuspiam jure introducta reperiatur, quin potius sine consensu Domini jus quoddam, sive tacitum, sive expressum feudo imponi prohibeatur. Salycet. Jas. *& DD. in L. ult. C. de jur. Emphyt.* hinc satis liquet, neminem creditorum vasalli, jure tacitæ hypothecæ in feudo uti posse. Modest.

deft. Piſtor. *p. 3. qv. 122. n. 5.* Quippe quod tacita hypotheca ex ſola Legis vel Statuti diſpoſitione alicui tribuatur. Neguz. *de pignor. 4. membr. 2. part. pr. n. 1.* id quod in foro Saxonico minus forſan dubii habet, vid. *Ord. Noviſſ. proc. judic. Saxon. tit. 45. §.* Es iſt aber alſe. præcipue vero propter ſanctionem Sereniſſimi Saxon. Electoris, tacitam hypothecam in bonis feudalibus regulariter prohibentis, arg. *Conſt. 25. proc. judic. Divi Auguſti.* in qua conſtitutione expreſſis verbis ita conſtitutum legimus: Unſere Räthe / Juriſten-Facultäten und Schöppen / ſeynd des einig / daß tacita hypotheca auff und in Lehn-Gütern nicht ſtatt habe. Quia enim expreſſe obligari nequit feudum ſine conſenſu Domini, ita nec poterit tacite; adeoque onera quoque feudalia de jure communi per ſe in feudo jus reale non cenſantur, nec actionem realem, multo minus tacitam hypothecam producant, ſed operantur ſaltem ejusmodi onera jus feudi ſingulare vel feudatarium, quo feudi ſucceſſores occaſione feudi obligantur, ita ut actio in factum ſubſidiaria ad inſtar actionis in rem ſcriptæ, contra agnatum & poſſeſſorem quemque feudi detur. *L. quoties. 21. ff. præſcr. verb.* Brunnem. *c. 5. d. 10. n. 7.* Carpz. *p. 2. c. 46. d. 33. & lib. 9. reſp. 66. n. 2. & reſp. 68. n. 10. ſeqv.* Thoming. *dec. 27. n. 12.* Hartm. Piſtor. *qv. 37. n. 9.* Berlich. *p. 3. concl. 55.* Vt ut tamen ſecundum receptam conſuetudinem, id juris ad inſtar realis cujusdam feudum afficientis conſeri poſſit, quousque moribus debitum pro onere feudali reputatur, eatenus & tacitam hypothecam competere. Ziegl. *de debit. ex feud. ſolvend. c. 3. §. 18.* Dn. L. B. de Lyncker. *Reſp.*

 48.

48. *n.* 6. *& n.* 18. Carpz. *de Oner. feud. decad.* 4. *posit.* 1. *&* 7. quod etiam de dote repetenta, item dotatione filiarum Vasalli, nec non de legitima ex novis feudis præstanda, & de fructibus feudi, de jure Saxonico expresse statuitur. Hartm. Pistor. *lib.* 7. *qv.* 36. *n.* 63. Sed pignora Lege civili tacite constituta ad bona feudalia minime recte extenduntur, hincque regulariter tacita hypotheca in feudis locum non habet. Dn. L. B. de Lyncker *cit. Resp.* 48. *n.* 18. Nec alia sententia ne quidem in Pomerania recepta deprehenditur, licet enim ibi feuda æri alieno obnoxia inveniantur, sub generali tamen hypotheca non veniunt, nisi nominatim id exprimatur. Vid. Mev. *p.* 4. *d.* 321. Stryck. *Exam. J. F. c.* 21. §. 21. *& in Diss. de oblig. feud. cons. mun. c.* 1. *n.* 37. 38. *&* 39. Struv. *S. J. F. c.* 14. *aph.* 27. Hæc sententia tamen nostra uti, jam diximus, quandoque temperatur juribus particularibus, sic jure Saxonico laudata *Constit.* 25. *proc. jud. Aug.* aliud statuit (1) quoad residuum pretii, ex feudo redacti. (2) circa mulieres, quando eisdem jus tacitæ hypothecæ in bonis feudalibus specialiter indulget. vid. *Ord. Nov. jud. proc. tit* 45. §. Jedoch wie sichs begebe. similiter (3) quoad fructus & commoditates feudi, in quibus creditores utique jure tacitæ hypohypothecæ gaudent. Neguzant. *de pignor. part.* 2. *pr. membr.* 2. *n.* 48. Jas. *in L. ult. n.* 78. *C. de Jur. Emphyt.* Schneidewin. *de feud. part.* 7. *n.* 21. *Const.* 25. *proc. judic. Augusti* §. so viel denn die Abnutzung. *Ord. Nov. proc. jud. tit.* 45. §. Wenn aber gleich wohl. (4) Pupillo competit jus tacitæ hypothecæ non solum in fructibus & commoditatibus feudi, sed & in ipsa proprietate

prietate feudi tutoris, juxta dispositionem expressam Potentissimi Electoris Saxon. *in Ordin. Nov. process. jud. tit.* 45. Ferner mercken wir. *Aut. Consult. Const. Saxon. tom.* I. *part. ult. q.* 78. *& q.* 80. Modest. Pistor. *part.* 3. *qv.* 120. Carpz. *p.* 2. *c.* 25. *def.* 1. 2. 3. & 4.

XIII.

Hæc omnia, quæ hactenus extant adducta, in Saxonia hodienum vigorem suum habere, indubium est, imo præsens nostra Excussio Allodii non modo in terris Saxoniæ Electoralibus cumprimis observatur, sed & adeo iis in locis, ubi ex consuetudine omnia debita Vasallum ex feudo solvere receptum est, Siquidem allodialis bonorum qualitas sine omni dubio causa existit, quod feuda Pomeraniæ obnoxia sint in subsidium, quando hæreditas non est sufficiens ad æs alienum exsolvendum, ita ut satisfactio creditoribus non tantum fiat ex fructibus, uti in feudis communiter usu venit, sed etiam ex ipso feudo, ceu innuit Brunnem. *cent.* 1. *decis.* 88. *n.* 3. & *consil.* 17. *n.* 58. Vnde est, quod in Pomerania, si feudum aperitur Domino vel agnatis, & hæreditas non solvendo existat, ex ipso feudo debita solvi soleant, quæ a Domino per consensum necessaria reputantur, sicuti porro ibidem sancitum comperimus, quod feuda ære alieno non debeant gravari extra necessitatem, necessitas autem hæc sit arbitrio Principis exploranda, & quod Agnatus ibidem non habeat jus in feudo, nisi cum conditione solvendi æs alienum, & liberandi antecessorum fidem, neque Lex permittat in feudo succedere, nisi id fiat ita, ut onus Vasalli sit, quod onus feudi ex lege provinciæ factum, quousque autem hæc

Excussionis allodii ubique fere vigor & usus.


excussio allodii se extendat, in Pomerania, notat B. D. Stryck. *Dissert. de feud. Pomeran. cap. 2. per tot.* Mev. *p. 2. decis.* 161. *n.* 5.

XIV.

Quæstio hæc num Dominus quoque gaudeat nostra Excussione resolvitur.

Denique Quæstionem hanc præterire non possumus: Num scil. Dominus feudi, aperto feudo ad ipsum redeunte, habeat Excussionem Allodii in solvendis debitis feudalibus, in Bezahlung der Lehn-Schulden. Ad quam quæstionem nos omnino ob rationes sat prægnantes negative respondemus. Dn. L. B. de Lyncker. *Decis.* 717. *in verbis*: Dann / obwohl an dem / daß die Lehn-Schulden auch von dem Lehn-Herren selbst / da ihme das Lehn apert worden / wann gleich Erb-Güter vorhanden seynd / gezahlet werden müssen / gestalten auch derselbe die Töchter aus zuzahlen hat / Unde abunde patet, quod Dominus feudi aperto feudi allodii excussionem habeat vel minime, sed potius ipse debita ex feudo solvere teneatur. Nec aliud dicendum de Domino in oppignorationem feudi consentiente, qui, feudo sibi aperto, ipsemet debitum solvere tenetur, ut pluribus argumentis ac rationibus probat Hartm. Pistor. *p.* 2. *qv.* 28. Dn. L. B. de Lynker. *Respons.* 4. *n.* 3. & 4. ibi: Dennoch aber und dieweil der Lehn-Herr nicht jure successionis, sondern proprio consolidationis dasselbe Lehn an sich nehmen würde; auch die Schulden nicht als Erbe oder successor bezahlte / sondern weilen er in alienationem feudi, so ex jure pignoris allen fals geschehen mögen / gewilliget. Quod & verum, etiamsi addita sit clausula: salvo jure, daß es ihme unschädlich seyn solle; oder:

oder: daß der gegebene Consens dem Lehn-Herrn/seinen Rechten und Gerechtigkeiten auf alle Fälle unnachtheilig/ und unverfänglich seyn solle. Petr. Heig. *p.* 2. *qv.* 20. *n.* 2. 3. Hartm Pist. *p.* 2. *qv.* 48. *n.* 23. Nam consentiens omni suo jure, quo actum illum quovis modo jure impedire poterat, renunciasse, ac negotio illi validissimum robur addidisse censetur, quod certe clausula apposita immutare nequit, ne alias repugnantia inducatur, & Dominus consentiens obligationi, ac in consequentiam alienationi, videatur sibi contradicere, & quod una manu præbuit, per alteram auferat, ac in continenti semetipsum corrigat. L. *non adeo.* 89 *ff. de condit. & demonstr. L ult. C. de Novat. L.* 27. *§. pactis.* 2. *ff. de pact.* vid. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *const.* 46. *d.* 11. ultra quantitatem feudi tamen, quippe quod solum quoad substantiam ejus consentiat, haud obstringitur. Virgil. Pingiz. *q.* 38. *n.* 39. & *seqq.* sicuti vicissim nec consensus Agnatorum ipsi quicquam officit. Frantzk. *Lib.* 3. *Resol.* 8.



CAPVT III.

Debita Excussionem allodii non admittentia refert.

§. I.

Debita principalia feudi Excussionem allodii non admittentia.

POsteaquam præcedenti in Capite fuit demonstratum, quænam debita iu subsidium ex feudo veniant exsolvenda, nunc quoque occurrunt considerranda ea onera feudalia, quæ citra rerum allodialium Excussionem ,a quovis possessore, vel ad minimum ab eo, qui in illa consensit, licet non eodem semper modo, sunt præstanda. Hæc principalia vocantur, & licet juri Longobardico fere videantur incognita, consuetudine tamen Germanicæ universali & Saxonica,propter æquitatem plerumque cernuntur introducta, & sunt potissimum talia, quæ vel jure pignoris feudo nituntur, vel in utilitatem feudi conversa probantur. Carpz. *de oner. feud. decad. 2.pos.* 1. Vtut ea principaliter ex feudo solvantur, tamen si feudum solvendis eisdem non sufficiat, ratione residui hæredes allodiales tenentur, sunt enim debita ejus, cui succedunt, peculiaris autem illorum qualitas necessitatem solvendi non tollit, sed differt duntaxat ad tempus, usque dum appareat, num satisfactio ex feudis fieri possit, ac solutionis ordinem determinat, imo debitor hæredibus suis allodialibus principaliter suscipienda hæcce debita imponere potest. Carpz. *de oner. vasall. decad.* 1. *pos. ult.* Ceterum soluto debitorum prin-

principalium ex feudo de eo casu intelligenda est, quo allodium & feudum diversis cedit possessoribus, nam si ipse debitor feudum possideat, vel allodium & feudum ad eundem devolvatur, tum perinde est, num ex hoc, an ex illo debita præstentur. Cum autem in universum ubique certa regula, quænam ejusmodi debita feudalia, Lehn-Schulden / sint, definiri non possit, dum secundum textus Juris feudalis communis istud saltem debitum feudale censeatur, pro quo feudum consensu Domini & agnatorum est oppignoratum. Hartm. Pistor. *lib.* 1. *qv.* 4. *n.* 14. vel quod in feudum versum, vel alias ipsius feudi causa est contractum. Horn. *in Jurispr. feud. Longobard. cap.* 21. §. 4. *in fin.* Hinc, qui feudi onus aliquod dicit, illud in praxi probare tenetur. Mev. *p.* 2. *d.* 124. Ast interpretatione Feudistarum tamen & usu hactenus invaluit, ut etiam alia debita hoc nomine insigniantur. Stryck. *de obl. feudal. conf. munit. c.* 1. *n.* 5. *&* 6. Titius *in Jurispr. Civ. lib. XI. c.* 12. §. 8. *&* 27. Quæ vero præcipua ejusmodi principalia feudi debita excussionem allodii nostram rejicientia sint, nunc videbimus.

II.

Primum ergo onus feudi principale est illud, quod a possessore feudi contractum, & in ejus utilitatem, v. g. ad refectionem, meliorationem, ejusdem liberationem impensum probatumque extat. *Const.* 46. *proc. jud. Saxon. vers.* oder es wären dieselben Schulden in nützliche Beßerung des Lehn-Guts gewendet. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 46. *def.* 26. Hart. Pistor. *part.* 1. *quæst.* 31. *n.* 15. Jacob. Schult. *in addit. ad* Mod. Pistor. *p.* 3. *qv.* 122. *n.* 68. Matth. Berlich. *part.* 2. *concl.* 55. *n.* 55.

Debitum in versionem feudi contractum sine excussione allodii solvitur.

55. Petr. Heig. *part.* 2. *qv.* 20. *n.* 43. Vnde si versio debiti in utilitatem ac commodum feudi probetur, ex feudo id, quod versum, resarciri debet, etiamsi alia supersint bona hæreditaria sive allodialia. *Const.* 46. *proc. Jud. Saxon. vers.* Und die Land-Erben damit verschonet bleiben &c. quod nec de jure Communi feudali & Saxonico aliter observatur. Berlich. *cit. p.* 2. *c.* 55. *n.* 58. Hujus vero versionis probatio incumbit illi, qui versa ex feudo prætendit. Albert. Brun. *Cons.* 104. Richt. *dec.* 78. *n.* 30. Hinc pecunia ad meliorandum feudum mutuo sumta, ita refertur inter debita feudalia, ut hæredes defuncti possessoris allodialis a successore feudali melioramenta repetere possint. 2. *F.* 28. §. *si Vasallus.* Quamvis quidam hac parte actionem competere negent, sed exceptionem & retentionem eisdem tribuant. Schrad. *de feud. l* 9. *c.* 2. *n.* 57. Bitsch. *ad* 2. *F.* 28. §. *si vasallus.* tamen utilem actionem negotiorum gestorum recte huc applicari verius videtur. *L. fin. ff. de Negot. gest.* non quidem opus est, ut hic nominatim ad impendendum in utilitatem feudi pecunia sit mutuo data, ceu exigit Schrader. *de feud lib* 7. *c.* 7. *n* 48. & alias de jure civili ad tacitam hypothecam obtinendam requiritur, secundum *L.* 1. *ff. in quib. caus. pign. tac. contr.* Struv. *de ædif. priv. §.* 55. Sed sufficit pecuniam in rei feudalis usum e. g. refectionem ædificiorum esse impensam. Borcholt. *p.* 2. *c.* 7. *n.* 94. Heig. 2. *qv.* 20. Richt. *decis.* 78. *n* 30. *Nov. Elector.* 2. *c.* 46. Carpz. *L.* 4. *Resp.* 69. *n.* 10. Idem. *in tr. de oner. vasall. decad.* 4. *p.* 1. & 5. ubi de paraphernalibus uxoris in feudum conversis, an scilicet versio in his præsumatur, late rem explicat. Non minus

nus

nus quoque salarium Advocati, qui negotium & causam feudi utiliter gessit, huc refertur, quod ipsi post mortem Vasalli pro præstito patrocinio debetur: quia operæ advocati in utilitatem feudi cesserunt, merito ergo eidem tale honorarium a feudi successoribus est erogandum, cum nemini officium suum debeat esse damnosum. *L. 7. ff. testam. quem. aper. L 61. §. 5. ff. de furt. L.* 12. §. 9. *ff. mandat.* quin & actione negotiorum gestorum Advocati successores feudi convenire possunt, ad præstandum, quicquid laboris & patrocinii ratione impenderunt. *L. 2. in fin. L.* 19. §. 4. *L.* 25. *L.* 27. *L.* 45. *ff. de negot. gest.* dummodo lis non a Vasallo temere suscepta fuerit. Carpz. *de oner. vasall. feud. decad.* 4. *pos.* 1. *n.* 5. Brunnem. *cons.* 13. *n.* 18. Hinc porro concludendum, si feudum cum consensu Domini agnatorum fuerit oppignoratum, illud vero Vasallus pecunia aliunde mutuo sumta, a nexu pignoris liberaverit, pecuniam illam mutuo acceptam ad onus feudi pertinere, ac proinde debitum hoc a successoribus feudi solvi, nec hæredes allodiales hoc gravari debere. Jac. Maurit. inter *consil. var. Juriscons. cons.* 36. *n.* 9. *& seq. vol.* 4. Ecquis enim non videat lucrum ac commodum feudo manifestum inde accedere, quando liberatur feudum ab obligatione pignoris eidem inhærentis. *L. si pupilli.* 66. *ff. de solut. L.* 11. *ff. de acceptil.* Carpz. *p.* 2. *const.* 46. *def.* 26. 29. 30. & 31. Stryck. *de oblig. feud. cons. num. cap.* 1. *n.* 18. 19. 20. Titius *in Jurispr. civil. Lib. XI. cap.* 12. §. 9. Struv. *Synt. J. F. cap.* 14. *aph.* 7. *per tot.*

III.

Debitum ad comparationem feudi contractum excussionem allodii respuit.

Secundum feudi onus est, quando Vasallus pecuniam ad exsolutionem feudi a se comparati mutuatus est, aliove modo æs alienum ad feudi comparationem contraxit; unde omne debitum in coemtionem feudi contractum, huc ut debitum a feudi successoribus agnoscendum pertinet. Const. 46. *part. 2. proc. jud. Saxon. §.* Also auch / da es sich zu trüge. Carpz. *lib. 4. Resp.* 66. De jure feudali communi idem quidem tradunt. Albert. Brun. *conf. feud.* 104. Jacob. Thoming. *decis.* 27. *n.* 23. Matth. Berlich. *part. 2. concl.* 55. *n.* 60. Jacob. Schult. *in addit.* ad Modest. Pistor. *part.* 3. *qv.* 122. *n.* 51. 101. 102. & 120. Petr. Heig. *part.* 2. *qv.* 20. *n.* 23. & 24. Richt. *decis.* 78. *n.* 16. Sed alii de jure communi dissentiunt propter L. *ex pecunia.* 12. *C. de jur. dot.* unde Thoming. *decis.* 72. ipsum hoc debitum proprie non feudi onus dici posse adstruit, cum loco feudi pecunia non sit. Heig. *p.* 2. *qv.* 20. *n.* 36. nec is, cujus pecunia feudum emtum, habeat jus hypothecæ in illo, nisi specialiter & expressim sibi de eadem prospexerit. *L. quamvis.* 17. *C. de pignor.* aut pecunia pupilli aut militis sit, quo casu his utilis rei vindicatio a lege datur. *L.* 8. *C. de R. V. L.* 2. *ff. quand. ex fact. tut.* Si tamen Vasallus pecuniam ad exsolutionem feudi a se comparati mutuatus est, tum illud æs alienum, quod adhuc restat solvendum, a successore feudi omnino exigitur, id quod æquitatis ratio utique suadet, ceu autoribus & argumentis illustrat Brunnem. *conf.* 14. *n.* 13. *seqv.* Sane facile admittimus, quod, si textibus juris feudalis velimus inhærere, & naturam feudi stricte considerare,

rare, neque hoc, neque illud debitum in utilitatem feudi versum, feudo cohæreat. Struv. *S. J. F. c.* 14. *aph.* 4. Sicuti enim pecunia, qua feudum comparatur, aliud quid est, quam feudum coemtum ipsum, ita nec pecunia, qua feudum conservatur & reparatur, potest dici feudo inesse; & sic neutrum debitum feudum afficit, nisi hoc cum consensu Domini pro eodem sit oppignoratum. Ast si illam æquitatis rationem respicis, ob quam debita, quæ ratione ipsius rei feudalis Vasallus contraxit, & in vita sua non exsolvit, una cum feudo, ratione cujus contracta & relicta, ad successores in feudo transeunt, tunc debitum, quo comparatum erat feudum, æque erit onus feudale, ac debitum, quo feudum est conservatum, id quod præcipue de jure Saxonico obtinet. Carpz. *p.* 2. *const.* 46. *def.* 27. Licet enim Constitutio Saxonica expressim de ea nihil habeat, non dubitamus tamen, quin illa eo trahenda sit ex mente Serenissimi Constituentis ob verba: Zu Bezahlung des Lehn-Guts. Carpz. *lib.* 4. *Resp.* 66. *n.* 42. Nec refert, an hæreditas solvendo sit, nec ne, quia non in subsidium, sed statim absque ulla excussione, hoc æs alienum ex feudo venit solvendum. *Const. cit.* 46. *proc. jud. verb.* und die Land-Erben damit verschonet bleiben. Vtut pro majori cautela Vasallus, qui pro emendis feudis æs alienum contrahit, & Agnatos in conjunctam manum sive simultaneam investituram admittit, feudum illud novum specialiter cum horum & Domini consensu, pro debito isto plerumque oppignorari faciat. Ceterum non parum DD. inter se disceptant, an scil. hoc debitum etiam a

Domino, cui forte feudum aperitur, præstari debeat? Quidam id negant, & pro se adducunt, quod pecunia mutuo accepta quidem, quæ in utilitatem feudi vertitur, in Domini, cui cum feudo ista utilitas obvenit, cedat commodum. Schult. *ad* Modest. Pistor *p.* 3. *qv.* 122. *n.* 69. sed pecunia, qua feudum emitur, nihil emolumenti Domino adferatur, quippe ad quem jure Dominii directi & consolidationis proprio, feudum casu apertionis contingente, redit, nihilque novi ipsi confert emtio vasalli, dum Dominus idem juris habuisset, quando vasallus prior sive venditor id retinuisset. Quidam vero istud affirmant, ex ratione, quoniam emtio feudi consequendi Domino præbeat occasionem; quoad agnatos & coinvestitos res quidem est expedita, cum & hi ex ipsa hac acquisitione feudi pretio illo emti, jus succedendi habeant. Titius *Jurispr. Civil. lib. XI. cap.* 12. §. 9. Struv. Synt. J. *F. C.* 14. *aph.* 8. Stryck. *de obligation. feud. consens. mun. cap.* 1. *n.* 21. sed quoad Dominum feudi, id assertum vix defendi poterit, ut Struv. advertit, nisi sit feudum emtitium. Horn. *in jurispr. feud. Longob. cap.* 21. §. 6.

IV.

Dotalitii præstitio excussionem allodii non exigit.

Tertio huc referimus Dotalitium, das Leib-Gedinge / Leib-Zucht / inter Illustros Witthumb / quo nomine intelligimus usumfructum vel reditum feudi, ob dotem illatam, ac in feudi utilitatem versam vel vertendam, viduæ a quovis possessore feudali, tum a Domino Feudi, cum ab Agnatis præstandum, etiamsi maritus illud dotalitium non constituerit.

tuerit. Licet enim olim in Germania solitum erat, ipsum feudum, vel partem feudi dotalitii nomine concedere viduæ Domini, successorum feudalium etiam descendentium consensu. *Jus Alem. c. LXI.* Schilt. *ad c. LXIV. §.* 11. recessum tamen est hodie fere per mores ab his institutis, & dotalitium est saltem ususfructus in feudalibus rebus, vel certus reditus ac census, ob dotem illatam & in feudum versam præstandus. Hartm. Pistor. *lib.* 1. *q.* 4. Berlich. *p.* 2. *concl.* 50. ita ut cumprimis in foro Saxonico, si mulier certam dotem marito intulit, eidem dotalitium etiam post mariti mortem, ex feudo constituatur, vel si successores feudi dotalitium constituere nolint, sed dotem una cum donatione propter nuptias offerant, ab iisdem exsolutio fiat, etiamsi alia bona hæreditaria supersint. *Const.* 46. *proc. jud. Saxon. vers.* oder zu Ablegung der Leib-Gedinge / junct. vers. und damit die Lehns-Erben verschonet bleiben. Jacob. Schult. *in addit.* ad Modest. 2. Pistor. *p.* 3. *qv.* 122. *n.* 110. Hartm. Pistor. *p.* 1. *qv.* 4. *n.* 14. *& seqq.* Petr. Heig. *part.* 2. *qv.* 20. *n.* 32. Joh Köppen. *Decis.* 39. *n.* 41. Quamvis enim marito jure communi non sit licitum, donationem propter nuptias in feudo constituere. Struv. *S. J. F. cap.* 13. *aph.* 12. neque de jure communi dotalitium ex feudo, sed ex allodiis solvatur, etiamsi feudum cum consensu Domini uxori sit oppignoratum. Joh. Köppen. *decis.* 39. *n.* 39. *&* 40. Wesenbec. *p.* 2. *cons.* 77. *n.* 1. *& seqq.* Moribus tamen invaluit, ut Nobilium viduis dotalitia, sive donaria, in dotis compensationem in feudis constituantur. Rothschüz. *tr. de dotalit. art.* 1. Hartm. Pist. 1. *qv.* 4. *n.* 1. Schultz. de

de feud. c. 8. n. 217. Quod onus nec Dominus, nec Agnati aut simultanee investiti juste detrectant, licet maritus vivus de dotalitio uxori citra eorundem consensum, qui tamen tutius & utilius adhibetur, secundum Struv. *S. J. F. cap.* 14. §. 12. Dn. L. B. de Lyncker. *cap.* 14. *§.* 9. prospexerit, vel adeo in casum, quo ipse præmoritur, plane non providerit, nihilominus postea ei istud venit præstandum, Richt. *conf.* 4. *vol.* 3. *n.* 14. Carpz. *J. F. p.* 2. *c.* 42. *d.* 5. & 6. & *Lib.* 6. *resp.* 55. *nec non in tr. de oner. Vasall. feudal. decad.* 4. *pos.* 2. & 3. Quamvis autem hujus dotalitii constitutio, a mero mariti constituentis voluntate alias, ceu supra dictum, dependeat, in Marchia tamen aliud, & hoc extat constitutum, quod Vasallus uxori dotalitium, sine consensu Principis constituere non possit, per Edict. publ. de Ao. 1569. cujus verba citat Schepliz. *ad consuet. March. p.* 3. *T.* 2. §. 11. Stryck. *de obligat. feud. consens. munit. cap.* 1. *num.* 11. 12. 13. *ac seqq.* & *de Uxor. Nobil. Marchic. cap.* 3. *n.* 20. & 21. Carpz. J. *P. F. p.* 2. *const.* 46. *d.* 25. Struv. *S. J. F. cap.* 14. *aph.* 9. & 10. *seqq.* Titius *in Jurisprud. Civil. lib. XI. c.* 12. §. 10. 11. 12. & *seqv.* adeo ut & dotalitium tam in Feudis Imperii, Itter. *de feud. Imp. c.* 18. *§.* 11. quam Ecclesiasticis Evangelicorum Postulatorum Episcoporum locum habere possit. Horn. *in Jurispr. feud. Longob. c.* 21. *§.* 10. Porro non solum dotalitium ipsum, sed & debitum ratione dotalitii contractum, onus feudale habetur in Saxonia, uti patet ex alleg. *Const.* 46. Da die Schuld zu Ablegung der Leib-Gedinge auffgenommen. Carpzov. *p.* 2. *c.* 46. *defin.* 25.

V. Non

V.

Non autem ita ex feudo præstatur Donatio propter nuptias, merces habitationis, Hauß-Geld/ Morgen-Gabe/ Carpz. *Lib. 6. resp. 60.* quod si tamen viduæ non quidem reditus annuus solvitur ex feudo, sed ei certa feudi pars traditur, & pro dotalitio ususfructus ex eadem conceditur, illa cautionem præstare & inventarium simul conficere tenetur. Carpz. J. P. F. *p. 2. c. 42. d. 8. & 9.* Præterea vidua dotalitium petens à probatione, dotem vere esse illatam, non liberatur, sed potius ipsi hæc ideo incumbit, quia illatio non præsumitur. Const. ***Elector. Saxon. p. 2. const. 44.*** nec sufficit nuda mariti confessio, se dotem accepisse, licet enim sibi ipsi isthac præjudicare valeat, ut dos dos confessata pro soluta habeatur. *L. 14. §. 1. C.* ***de non num. pec.*** non tamen Agnatis & reliquis feudi successoribus ea nocet, Hart. Pistor. *lib. 1. q. 4. n. 11.* Carpz. *cit. const. def.* 10. præsumitur tamen illatio, probata vera dotis versione in feudum. B. Dn. Stryk. ***de Uxor. Nobil. Saxon. cap. 1. n. 42.*** Carpz. ***in tract. de jur. fœmin. decad. 4. pos. 6.*** Schulz. ***de feud. c. 8. n. 22.*** cui præsumtioni tamdiu standum est, donec probetur contrarium. Imo si forte uxor vivo marito dotem promissam nondum intulerit, potest etiam post istius mortem una cum usuris eandem adhuc inferre, ut dotalitium consequatur. Schulz. ***de feud. c. 8. n. 233.*** Carpz. J. P. F. *p. 2. c. 44. d. 11. 12. & 13.* Richt. ***conf. 4. vol. 3. n. 24.*** Hartm. Pistor. *lib. 1. qu. 5.* dummodo dos antea & vivo marito promissa fuerit, & oblatio fiat cum usuris à tempore mortis mariti, ac dos integra offeratur, nec concursus creditorum circa bona mariti immineat.

Donatio propter nuptias non ex feudo solvitur, nec morgengaba, nec ipsum dotalitium, nisi hæc revera dos probetur illata.

neat. B. Stryck. *de Uxor. Nob. Sax. cap.* 1. *n.* 42. Quantitas dotalitii quidem non satis adeo expedita ubique existit, plerumque tamen ad duplicatas usque usuras ejus quantitatem porrigunt, potissimum in regionibus Saxonicis, ex recepta hominum memoriam superante consuetudine, ita ut si centum dotis loco data sint, dotalitium in ducentis constituatur, cujus intuitu viduæ quotannis reditus nomine non decem, utut legibus Imperii magis videatur consonum, sed XX. solvuntur, scil. donatio propter nuptias tanta constituitur, quanta est dos, atque ob utramque duplicatæ usuræ præstantur. Horn. *in Jurispr. Longobard. c.* 21. §. 8. Hartm. Pistor. *l.* 1. *q.* 4. Carpz. J. P. F. *p.* 2. *c.* 42. *def.* 2. Nec pugnat hæc usurarum duplicium quantitas cum Recessibus Imperii, quia heic in favorem mulieris ob eventum incertum, ad instar trajectitii fœnoris, cum mulier statim primo anno mori possit, aliud obtinet, cum & sic dos, vidua mortua, repeti nequeat. Carpz. J. P. F. *p.* 2. *c.* 42. *d.* 2. 3. Struv. *S. J. F. c.* 14. *aph.* 11. Stryck. *Ex. J. F. c.* 21. *q.* 13. & 14. quamvis in arbitrio viduæ versetur, num illata defuncto marito statim repetere, an dotalitium exigere velit, nam huic invitæ dotalitium à successoribus feudi minime obtruditur. Struv. S. J. F. *c.* 14. *aph.* 15. hinc semper electio penes eam remanet, etiamsi vivente marito dotalitium ei sit constitutum. Ad petendum dotalitium hocce, viduæ competit contra successores feudales condictio ex moribus, nisi sit promissum dotalitium, tunc actio ex stipulatu locum habet. Henel. *de dotalit. c.* 12. §. 1. si autem illa jam tum fuerit in possessione bonorum feudalium, jus retentionis habet. Const. *Elect. p.* 3.

c. 33.

c.33.ibiq; Carpz.Idem *lib.4.resp.* 20. Si adulterium uxor committat, nec mariti remissio interveniat, dotalitium amittit. B. Dn. Stryck. *de Vxor. Nobil. Saxon. c.* 1. *n.* 104. Sic & porro dotalitium morte viduæ desinit. Land-Recht *L.* 1. *art.* 32. Schultz. *Synt. Jur. Feud. c.*8. *n.* 245. *seqv.* B. Dn. Stryck. *de Vx. Nobil. Saxon. cap.* 1. *n.* 93. nec non si in oppignorationem consentit, quo tamen casu aliud petit. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 42. *d.* 10. Non autem cessat dotalitium primi matrimonii, propter commissam in viduitate scortationem, vel ob transitum ad secundas nuptias, aut ob adulterium in novo conjugio perpetratum. B. Dn. Stryck. *cit. loc. n.* 104. Schulz. *de feud. c. 8. n.* 256. *n.* 257. nisi cousuetudine aliud receptum deprehendatur. Coccej. *J. P. P. c. 28. §. 28.*

VI.

Dotis repetitio fit ex feudo & non allodio, nec non Dotis augmentum.

Quarto debitis feudalibus principalibus Allodii excussionem non exposcentibus, annuumeramus Dotem uxori ex feudo restituendam, ac pro consuetudine & recepto more interdum etiam quibusdam in ditionibus ejus Augmentum. Nam in arbitrio viduæ est, ut supra jam demonstravimus, num velit Dotalitium petere vel apprehendere, an vero dotem repetere. *Const. Elector.* 42. *p.* 2. Si vidua eligat dotalitium, dos apud successores feudi manet, nisi aliter receptum sit. Carpz. *dec. illustr.* 167. electionem illam habet, tunc si vivente marito dotem numeravit, secus vero est, si post mortem demum dotem offerat, ubi viduæ nulla est electio, sed Agnatis potius integrum est, ei vel dotalitium præstare, vel dotem, una cum donatione propter nuptias, ut tamen hæc ultima ipsi pleno

no jure cedat. Hartm. Pistor. *Lib.* 1. *qv.* 4. *n.* 28. Si verò mulier moriatur ante maritum, dotem in pecunia existentem lucratur maritus de jure Saxonico, & ista non ad successores feudi, in quo fuerat dotalitium constitutum, sed ad hæredes mariti pertinet. Sin autem mulier eligat dotem, itidem illa ex feudo restituenda, nec successores feudales adversus hæredes allodiales queunt experiri, hinc ob identitatem rationis inter dotalitium & dotem, debitis feudalibus accensetur. Carpz. *J. P. F. p.* 2. *c.* 44. *d.* 12. Idem *Lib.* 4. *resp.* 64. Attamen hic, uti in dotalitio, illatio dotis probanda est. Carpz. *de oner. Vasall. decad.* 3. *pos.* 3. Similiter Augmentum dotis quoque ad debita feudi, cumprimis in Pomerania, omnino refertur, die Verbesserung des Ehe-Geldes/quando scil. uxori ultra dotem ex bonis mariti tanta pars proprietatis jure assignatur, quanta est dimidia dotis, ut hinc quæ intulit 100. ultra ea, mortuo marito adhuc repetat L. Augmentum istius dotis ibidem & in Marchia ex feudo primariò solvendum venit, non obstante allodii amplitudine. Stryck. *de obl. feud. conf. mun. c.* 1. *n.* 17. Mev. *p.* 2. *d.* 224. & 228. *n.* 4. *p.* 5. *d.* 62. & *p.* 7. *d.* 129. Stryck. *E. J. F. c.* 21. *q.* 17. & 18. Titius *in Jurisprud. Civ. cap.* 12. *§.* 19. Struv. *S. J. F. cap.* 14. *aph.* 15.

VII.

Paraphernæ quando ante excussionem allodii ex feudo debeantur.

Quinto ad debita principalia feudorum Allodii excussionem respicientia, bona Paraphernalia uxoris tunc demum spectant, si illatio & versio in feudum rite probetur. Carpz. *de Oner. Vasall. decad.* 1. *pos.* 4. hac enim cessante, ex feudo regulariter non petuntur resarcienda, unde etiam feudum tamdiu retinet, donec eidem

eidem sit satisfactum de paraphernis. B. Dn. Stryck. *de Vx. Nobil. Saxon. cap. 3. n. 5.* Quemadmodum tamen secundum DD. præsumitur, mercatorem argentum ex Cambio sibi datum, in mercaturam collocasse; studiosum acceptam pecuniam studiorum causa impendisse: ita quoque ex paraphernalium illatione non minus versio in feudi utilitatem congrue præsumitur, partim ob probationis difficultatem, partim vero ne maritis, quibus est concessa potestas pro lubitu de conjugum bonis disponendi, alias injungeretur, ut facti sui rationem reddant mulieribus, ac denique ne mulieres ex matrimonio, quod in earundem favorem cedere debet, sentiant jacturam atque incommodum. Id quod ratione paraphernalium quidem cum Carpzov. *de Dn. Vasall. Feud. dec. 4. pos. 4.* concedimus, licet id durum videatur. B. Dn. Stryck. *de Vxor. Nobil. Saxon. cap. 3. n. 3.* nec ab eodem eidem favor paraphernis ac doti assignetur. Sed non idem juris esse existimamus in Morgengaba, pecunia Habitationis & Comestibilibus, quæ Agnati ex feudo non præstant, licet maritus ea promiserit, nisi consensu Domini feudi vel Agnatorum hoc sit factum. Carpzov. *de Oner. Vasall. decad. 4. pos 6. nec non lib. 6. resp. 60.* B. Dn. Stryck. *de Vxor. Nob. Saxon. cap. 5. n. 14.* Haud negamus tamen, quod comestibilia, aliaque jura muliebria viduis Nobilibus, Denen verwittibten Adelichen Dames, ex feudis, aus denen Ritter-Gütern / quidem præstari, non tamen ut debita, quæ feudum afficiunt, sed ut res allodiales quævis in feudo repertæ, quæ ex mariti defuncti prædiis allodialibus debentur. Vid. *art. 21. lib. 1.* Landr. *in verb:* In jeglichen Hofe ihres

Mannes/ & *art.* 24. *lib.* 1. Landr. nam jura Morgengabæ vel comestibilium non qualitati rerum & prædiorum, sed nobilitati & dignitati personarum concessa sunt. per *Const. Elect. Saxon.* 37. *p.* 3. *ibique* Carpz. *p.* 3. *const.* 36. *d.* 2. id quod tamen ad alias quam nobiles viduas non extenditur. Nec jure communi feudali & Saxonico dubium est, si Morgengaba in pactis dotalibus promissa & consensu Domini confirmata fuerit. Stryck. *Exam. Jur. Feud. c.* 21. *q.* 19. & *de Vxor. Nobil. Sax. c.* 5. *n.* 14. Carpz. *decis.* 281. & *Elect. decis. noviss. decis.* 72. Ceterum ratione bonorum paraphernalium mulieribus quidem jure civili competit jus tacitæ hypothecæ. *L. f. C. de pact. tam super dot. quam donat. convent.* non etiam prælationis privilegium. Gail. *lib.* 2. *obs.* 94. *n.* 11. Köppen. *decis.* 28. *n.* 3. Mev. *p.* 2. *decis.* 228. Licet sint, qui omnibus indifferenter bonis ab uxore mariti illatis privilegium praelationis assignent. Matth. Coler. *p.* 1. *decis.* 57. *n.* 3. & 4. privilegium tamen dotis neutiquam ad bona paraphernalia extenditur, id quod etiam de jure Saxonico confirmatum *in Ord. proc. jud. tit.* §. Was aber die Ehe-Weiber. Carpz. *p.* 1. *c.* 28. 86. Titius *in Jurispr. Civ. lib. XI. cap.* 12. §. 20. Sed in feudis, cum ne quidem tacitae hypothecae locus sit, hinc adeo ea heic cessat, licet retentionis jus ratione paraphernorum uxori competat. Carpz. *de Oner. Vasall. Feud. dec.* 4. *pos.* 4.

VIII.

Huc referuntur porro onera Feudis imposita.

Sextò quoque ad censum feudalium debitorum Excussionem Allodii non admittentium, referuntur omnia onera justam ob causam feudis imposita, nam hæc

hæc ob publicam utilitatem omnes successores in feudo agnoscere tenentur. Carpz. *de Oner. vasall. decad.* 4. *pos.* 10. unde non solum debita ipsa, sed etiam interesse ac usuræ hinc exigendæ, cum sorte principali feudalibus ex bonis solvuntur, quia accessorium sequitur indolem hic principalis. *L. inter socerum.* 26. *§. cum inter.* 2. *ff. de pact. dotal.* §. *si tamen. l.* 26. *& §. cum in suo.* 29. *Inst. de rer. divis.* Titius *in Jurispr. Civil. lib. XI. c.* 12. *§.* 21.

IX.

Meliorationes feudi excussionem allodii non efflagitant.

Pari modo Septimò Excussionem Allodii non exposcunt Meliorationes feudorum, nam aedificia feudi a Vasallo extructa una cum fundo ad successores feudales pertinent, si illi pretium aedificiorum & meliorationum restituunt. 2. *F.* 8. §. *e contrario:* quo respectu quidem meliorationes & incrementa feudi intrinseca, ut aedificia a Vasallo extructa allodialibus haeredibus cedere dicuntur. 2. *F.* 28. §. *si Vasallus.* Carpz. *J. P. F. p.* 3. *const.* 31. *def.* 1. jura enim neminem, sicque nec feudi successorem cum alterius jactura locupletari patiuntur. *L. nam hoc natura.* 14. *ff. de condict. indeb. L. plane.* 38. *§. sed benignius.* 1. *ff. de pet. heredit.* Jul. Clar. *lib.* 4. *sent. §. feudum. qv.* 88. *n.* 1. Henr. Rosenthal. *de Feud. c.* 7. *concl.* 47. *n.* 10. Schrad. *de feud. part.* 7. *c.* 3. *n.* 7. qua de re communiter optio datur Domino Feudi in casu aperturae, vel feudi successori, an pretium aedificiorum ac meliorationum solvere, an vero pati velit, ut aedificia & meliorationes auferantur. Mev. *Lev. debit. inop. c.* 7. *n.* 182. Brunnem. *ad L.* 38. *ff. de R. V. & Cent.* 2. *d.* 59. *n.* 16. Aestimatio tamen meliorationum a feudi possessore praestan-

standarum penes judicem est, ejusque officio relinquitur, quamvis usu communi in Saxonia fere obtinuerit, ut ædificia pleno jure una cum feudo Domino & agnatis seu simultanee investitis acquirantur, absque expensarum refusione. *Const. Elector. Saxon.* 31. §. Dieweil aber dagegen die Sächsische Lehn-Rechte klar verordnen / daß die Gebäude / so auf den Lehn-Grund gesetzt / dem Lehn-Herrn oder dem Lehns-Folger &c. In Pomerania Interpretes distinguunt inter meliorationes liquidas, & in continenti liquidandas, pro quibus jus retentionis hæredibus allodilibus concedunt, & inter illiquidas, ratione quarum retentionis jus illis denegant, sed cesso feudo demum petendi facultatem eis largiuntur. *Concl. Pomer. unic. tit.* 28. *de melior.* Stryck. *de oblig. feud. cons. munit. cap.* I. *num.* 24.

X.

Sumtus studiorum suo modo ante excussionem allodii ex feudo præstantur.

Porro silentio haud est prætereunda quæstio illa: Quid sit de debito studiorum causa contracto censendum? an & hoc debitis feudalibus veniat ita annumerandum, ut cum feudo ad quemvis successorem transeat, & ex feudo sit solvendum, citra excussionem allodii? Sane id affirmandum videtur, nam studiorum favor publicus, & longe major, quam dotis est, cum studiis totus illuminetur mundus. *Auth. Habita. C. Ne filius pro patr.* & studia æquiparentur militiae armatae, ac tanti aestimentur, ut ob haec quoque bona fideicommisso subjecta valide, quando sc. alia bona non extant, alinentur. Knipsch. *de fideicom. famil. illustr. c.* 11. *n.* 322. *seqv.* Stryck. *Diss. de obl. feud. cons.*

conf. munit. cap. 1. *n.* 25. qui, ita a Dominis Cameralibus Berolinensibus judicatum fuisse memorat in causa Barthel von Wilmersdorff / Senioris , contra Barthel von Wilmersdorff/juniorem, hisce in verbis: Zumahl / weil Beklagter solche *644.* Reichs-Thaler zu Fortsetzung seiner Studien vonnöthen hat. Vid. Müll. *Pract. rer. for. resol.* 62. *a* 32. Sic pro debito feudali a simultaneo investito , non vero a Domino præstando, habentur quidem sumtus studiorum , was vor die Söhne auff Universitäten zu nothdürfftiger Bezahlung des Tisches / der Collegiorum , und unentbehrlichen exercitien, aus Mangel anderer Mittel unumbgänglich geborget werden müssen/dummodo allodium non sufficiat. Horn. *in Jurisprud. feud. c.* 21. *§.* 14. Id quod ob publicum interesse, ratione studiorum omnino æquum ac justum evadit, ne ea negligantur, & sic utilitati communi noceatur.

XI.

Coronidis loco paucis addo , quod huc plane non pertineat debitum contractum, ob pecuniam Principi in Comitiis Provincialibus a Nobilibus promissam, vulgo das Præsent-Geld / hæc non a feudi successoribus , sed ab hæredibus allodialibus exsolvitur, si vivo vasallo oblatum , licet dies non venerit. Horn. *in Jurisprud. feudal. Longobard. cap.* 21. §. 16. Licet enim alias regulariter à Nobilibus & Vasallis extra casum necessitatis ultra nominata & consueta servitia, extraordinaria collatio exigi non possit, & Nobiles pro asserenda sua libertate feudorum, adversus ejusmodi exactiones juste allegent, bona sua feudalia servitiis equestribus subjecta, collectis gravanda, non esse secundum

Quid sentiendum de pecunia Feudi Domino in casu necessitatis oblata?

I Petr.

Petr. Heig. *part.* 1. *quæst.* 18. *n.* 17. *& sequ.* Joh. Petr. Surd. *lib.* 1. *consil.* 135, *n.* 11. *&* 12. *& lib.* 2. *consil.* 234. *n.* 8. Nihilominus accidit sæpe, ut in Comitiis Provincialibus à Nobilibus Domino, quo succurratur eidem, certa pecuniæ summa offeratur ac promittatur, qua tamen feudi successores jure non onerantur, si à vivo Vasallo oblata pecunia non est soluta, nisi propter servitia præstetur, ubi juxta distinctionem in Noviss. *Decis. Elect.* 32. traditam, interdum pars ad feudales successores pertinet: Nam licet occasione feudi hoc debitum contrahatur, ejusdemque contributio pro ratione emolumenti, quod quisque ex feudo suo percipere potest, vasallis imponatur, & dum Nobiles ad exsolutionem hujus pecuniæ ex feudis suis sese obstringunt, ea ob subsecutam Principis acceptationem & confirmationem tanquam onus feudi censeatur; hæcque ratio adeo olim, ceu testatur Carpz. J. P. F. *p.* 2. *c.* 46. *d.* 35. contra successores feudi huncce in modum ansam respondendi præstiterit: So seynd die Lehns-Folger die hinterstellige Præsent-Gelder/ als eine auff die Lehn/ und Ritter-Güter gebrachte/ und bewilligte Lehnschuld und Beschwehrung abzutragen verpflichtet / und werdet ihr als Land-Erben / so ohne dies / die von liegenden Erb-Gütern bewilligte Steuer zu entrichten schuldig / mit diesem Præsent-Geldern billig verschonet. V. R. W. Hisce tamen argumentis non officientibus isthæc ratio calculum & adstipulationem temporis successu vel ideo haud obtinuit, quoniam juri feudali conveniens est, ut non obstante hoc, quod Domini voluntate ac consensu æs alienum à vasallo fuerit contractum, onusque feudo fuerit impositum, ad ejusdem tamen exsolutionem successores feudi non expresse consentien-

tes

tes conveniri & gravari possint vel minime. Hartm. Pistor. *part.* 1. *qu.* 15. *n.* 21. præterea ex liberalitate & promissione tale debitum provenit, & sic quidem onus vasalli, sed non feudi est, præcipue cum neque jure communi, neque Saxonico ullibi tale onus pro feudali fuerit reputatum, hinc idem laudatus Garpzov. J. P. F. *p.* 2. *c.* 46. *d.* 35. in contrarium sequentia præjudicia adduxit: Hat euer Vetter auff jüngst-gehaltenem Land-Tage nebst andern vom Adel/ das von Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen rc. rc. unsern gnädigsten Herrn/gnädigst begehrte Præsent-Geld/auff 3. Termine zu geben/unterthänigst gewilliget/deren keinen aber bey seinem Leben entrichtet/und abgestattet; so seynd dessen hinterlassene Erben solches Præsent-Geld abzutragen verpflichtet / und ihr als die Lehens-Erben/ mögt zu der Entrichtung beständiger Weise nicht angehalten werden. V. R. W. Idem *de Oner. Vasall. decad.* 4 *pos* 8. 9. 10. *ob Decis. Saxon.* 32. Neque onera feudalia sunt illa debita ratione ftuctuum ex feudo percipiendorum, aut servitiorum præstandorum à Vasallo contracta, ea enim personæ vasalli inhærent, & nihil utilitatis exinde ad feudum redundat, & servitia ob fructus, quos percipit, subit vasallus. arg. *L.* 3. *L.* 13. *L. f. ff. de impens. in rem dotal.* Hartm. Pistor. *lib.* 6. *qu.* 6. *n.* 6. Köpp. *d.* 39 *n.* 32. Berlich. *p.* 2. *concl.* 55. *n.* 76. Kohl. *Exerc.* 2. *n.* 19. Titius *in Jurispr. Civ. lib. XI. c.* 12. *§.* 28. Struv. *S. J. F. c.* 14. *aph.* 16. *Const.* 46. *proc. jud. Saxon.* unde onera feudatarii non feudi, appellitari solent, sicque feudo non inhærent. *L.* 35. *vers. unde scio. ff. de hæred. institut. L.* 17. *§.* 1. *ff. de milit. testam. L.* 1. *C. si cert. petat.* quale est, si vasallus pro Domino fidejusserit, quæ fidejussio onus

 feudi

feudi non facit, adeoque nec feudi successores obligat, sed hæredes allodiales, simili casu, licet occasione feudi contrahatur debitum ob servitia præstanda, e. g. si per substitutum servierit, & ipsi mercedem promissam non persolverit vasallus, tamen hoc debitum ex eadem ratione non ex feudo occurrit exsolvendum, quia ob fructus servitia præstari debent, & nihil utilitatis in feudum exinde redundat, nam principaliter hoc debitum ob domini utilitatem est contractum, & magis dicendum provinciale, quam feudale, dum principaliter versum in utilitatem totius provinciæ.

XII.

Epilogus. Hæc itaque sunt L. B. quæ de Excussione Allodii ante feudum, pro instituti ratione, viriumque tenuitate proponere licuit, nunc labori meo finem imponens, perquam officiose Te rogito, ut indulgeas mihi candorem in interpretando, modestiam impendas in censendo, benevolentiam tribuas in corrigendo, ut si quando probari hi mei ausus a Te haud mereantur, tamen pro humanitate Tua excusentur. Cæterum humillimas gratias Supremo Numini, ob præstitum divinitus mihi auxilium, persolvo, & Ejusdem singulare munus agnosco, quod clementer Studiorum meorum progressus eo promoverit, ut Specimen hoc Academicum pro ingenii mei exercitio, in publicum edere potuerim, & sicuti ejus Gratia stipatus primam manum laboribus hisce admovi, ita ut se propitium mihi per universum vitæ meæ tractum porro exhibeat, est quod precor, idque thesibus meis, ut solenne conclusionis indicium appono.

VIRO

VIRO
JUVENI GENEROSISSIMO LITERATISSIMOQVE
CASIMIRO GODOFREDO DE BEVST
EQV. SAXON.
S.P.D.
HENRICVS HILDEBRAND. D.

HOnestissimum esse majorum vestigia sequi, si modo recte itinere praecesserint, C. Plinius cum Sapientibus suo pro more sapienter & judiciose quidem judicavit, sed TV, Vir Juvenis Generosissime, ipse & honestus & sapiens, judiciosusque reapse exprimere contendis. Ecquem fugiat Gentem Tuam Illustrem, & Aulis & Dicasteriis summis Principum inclaruisse, ac innotuisse magna celebritate Musis? Quis ignoret adeo ipsius Themidos Mystas, ex insignium Beustiorum consortio olim sibi multum splendoris esse aucupatos, eorumque ex scriptis judicio plenis, hodienum ingens fœnerari eruditionis lucrum? Tibi sane, Optime Beuste, pulchrum inprimis videtur, non pati in te occidere exempla Parentum, quibus æternitas debetur, eorum-

que Famam excellenter jam partam , quoque per TEmetipsum extendere. TE enim nihil aque ac diuturnitatis amor & posteritatis memoria solicitat; huc missus eâ diligentiâ patriis incubuisti artibus, ut testareris, ex quibus esses natus, & eandem contingeres avidus metam, qua Gentis auctores in id fastigii extulisset, atque in eam adolesceres spem, sub studiorum incude positus, qua maximarum rerum olim capacem TE daret. Non fallunt temere nata feliciter indoles: Surgunt in ortus suos generosa semina: nec ab natura stirpis abeunt surculi. Eo profecisti in regia Juris arte, sicut Plato appellat, ad quam nobilissimo impetu aspirasti; industria TVÆ rationem redditurus à me petiisti, ut Dissertationem TIBI ventilandam de Excussione Allodii ante Feudum, feudorum ex traditis à TE propria Minerva studiosissime conscriptam, revidendam emendandamve curarem. Feci. Quid enim lubentius suscipere potui, TE præsertim exigente, Legi laboris TVI Academici primitias ingenti cum mea voluptate, ac delectatione eo majori, quo profectò spei, quam initio statim de

TE

TE conceperam, eandem non tam implens, quam longissime superans, certiorem me fecisti. Nihil enim fere emendandum, nihil fere addendum deprehendi, id quod sub applausibus meis candidis, vel ideo heic silendum non fuit, ut & honor TVIS studiis constaret, & haberet nobiliorum Juvenum cœtus, quod in cujusdam gloriosi imitaminis posset trahere partem. Perge ita, perge, Generosum Pectus, insiste curriculis, nec desere unquam spatia, quæ ad virtutem & sapientiam ducunt, neque TE quoquam a paternarum virtutum via patere flecti, ea promittunt præmia Familia TVA ac Progenitoribus inclutis, quibus es natus, digna. Existima mecum non satis esse cœpisse pulchre; sed & profliganda quoque convenire cœpta egregia, usque dum perventum ad summa. Scio quem animum, quod horter ingenium. Ita fac, illustris Beustiorum Gloriæ fœlix Æmule, ita vota nostra, pro TVA, & Generosissimi Parentis, quem officiosissime meo nomine salutes, incolumitate suscepta, provehat DEVS, semperque secundet! Dabam Altorffi ad d. XVIII. Cal. Maji Anno cIↄ Iↄ ccx I I.

For-

FOrtibus atque bonis fortesque bonosque creari,
Genere BEVSTORVM Nate docere cupis.
Virtutem *Patriam* sic & sectaris AVITAM;
Dum Cathedras summo hic scandis honore loci.
Perge, Age nec medio ferventem sistere cursum
Incipe, quo capias prœmia digna TIBI.

Sic Generosissimo *Domino Respondenti*
applaudere voluit
C. L. Krug de Nidda, Eqv. Bor.
Opponens.

Magnos magna decent, Generosam prodere Stirpem
Et virtute soles Palladis arma gerens.
Admiror dotes animi fructusque benignos,
Ecce tuis votis annuit ipsa Themis.
Gratutor hos ausus quos magno Præside tentas
Et mea vota Tibi prospera fata vovent.

En cum mente votum Tui addictissimi
Ph. Fr. Krug de Nidda, Eq. Bor.
Opponens.

NObilitas quæ sit solida & re & nomine quæris?
Vera haud in cera est æreque Nobilitas.
Integra Nobilitas est ortus Martis & artis.
Probas exemplo satis abunde Tuo.
Externa est aliqua, generis quæ jactitat ortum,
E virtute venit propria Nobilitas.

Hisce Generosissimi atque Doctissimi Dni. Respondentis, Amici atque Contubernalis hucusque integerrimi, laudes promeritas reticere noluit, insuperque de edito hoc singularis eruditionis Specimine animitus gratulari, faustaque omnia Eidem apprecari voluit, Ejus nunquam non addictissimus servus
P. Schmid de Schmidsfelden,
Opponens.

